¶ Sed de delectatiōe q̄ cōsequiꝶ perfectā operationeꝫ ꝺm virtutē est dubiū: an in ea ꝯsistat felicitas. ¶ Ad qđ dr q̄ nō. nā licet omīs delectatio partis intellectiue sit operatio: nulla tm̄ talis est opatio intellectꝰ sicut felicitas sed magis effectus talis operatiōis ⁊ opatio volūtatis puta ipa dilectio.

Ad rationes dubij.

¶ Ad p̄mā rōnem dubij diciꝶ q̄ licet voluptas q̄nq̄ ꝑpter se queratur: tm̄ etiā nata est ꝑpter aliq̄d meliꝰ queri qđ repugnat felicitati. ¶ Ad scđam dicitur: q̄ lꝫ voluptas sit delectatio nō tm̄ est summa delectatio que est felicitas.

Dubium tertium. An cōsistat ī bono anime.

¶ Dubitatur Tertio. Utrū felicitas cōsistat ī aliquo bono ipsius aīe. ¶ Et videꝶ q̄ non qꝛ omne bonū aīe diligendū est ꝑpter deū: sed felicitas nō est ꝑpter aliud diligēda: ergo ipa nō est bonū aīe. ¶ Scđo aꝶ. si felicitas esset bonū aīe: esset accidēs eius sed hoc nō: qꝛ tūc nō esset perfectior ipa aīa: igitur ¶ In oppositū est. p. in hoc p̄mo ⁊ in decimo libro vbi ꝓbat q̄ felicitas est opatio partis intellectiue. ¶ Et ratiōe aꝶ sic qꝛ felicitas est bonū hoīs: ⁊ non est bonū corporis vt ōnsum est: ergo est bonū aīe.

Responsio

¶ Ad dubiū dicaꝶ q̄ hic est sermo de felicitate accepta nō collectiue sꝫ ꝓ optimo inter ea q̄ inesse possunt hōi in hac vita mortali qđ ꝺm. p. est opatio quedā ꝺm virtutē intellectuā: puta ꝯtēplatio p̄me cause. vtrū aūt talis opatio quā reputauit aristo. ꝑfectissimā inter humanas opationes ꝺm rei veritatē sit ꝑfectissima: dubiū est. Et posset dici q̄ lꝫ talis opatio sit ꝑfectissima operatio quā hō pōt ex puris naturalibꝰ in hac vita mortali ꝓducere. Illa tm̄ cōtemplatio p̄me cause quā q̄s haberet cū spāli illustratiōe diuina fide infusa ⁊ gr̄a gratū faciēte est ꝑfectior: sꝫ de tali nō est locutꝰ aristote. Et sic patet q̄ felicitas ꝯsistit in aliquo bono aīe

Ad rationes

¶ Ad p̄mā rationē dubij negaret fortassis aristo. maiorē. Sed aliter dicitur cōcessa maiore distinguēdo minorē: aut felicitas formalis ⁊ sic negaꝶ aut obiectiua ⁊ sic cōceditur: qꝛ obiectū felicitatis propter nullū aliud est diligendū. ¶ Ad scđam ꝯcediꝶ maior ⁊ negaꝶ minor. Et ad ꝓbationē dr q̄ felicitas nō est melior substātialiter ipa aīa: sed est melior alijs operatiōibꝰ ipius aīe. vel pōt dici melior ipa aīa pro quanto est magis participatio summi boni.

Ad rationes questionis.

¶ Ad rationes questionis. ¶ Ad p̄mā rōnem dicitur q̄ fortuna nō est felicitas sed est prope quia deseruit ei instrumētaliter. ¶ Ad secundā dicitur q̄ honor nō est simpliciter finis vite ciuilis: nec p̄hs loq̄tur ꝺm opīonē propriā sed ꝺm opīonē illoꝝ qui ponebāt felicitatē in honore. Et aristo. nō diꝶ simpliciter q̄ sit finis sed dicit fere. ¶ Ad tertiā conceditur maior ⁊ negatur minor. et ad probationē diciꝶ q̄ numisma est fideiussor ad acq̄rēdas oēs res venales multa tamē alia bona sunt q̄ nummo appreciari nō possunt. vt sciā virtutes et alia bona anime.

Questio moralis. Arguiꝶ p̄mo.

Queritur scđo. Utrū felicitas ꝯsistat in virtute vel in operatiōe virtutis? ¶ Et aꝶ q̄ in virtute: qꝛ virtus est bona ⁊ ꝑpter se eligibilis: igitur. ¶ Et ꝯfirmaꝶ qꝛ virtꝰ est permanētior ⁊ diuturnior operatiōe: ergo in virtute cōsistit felicitas ⁊ nō in operatiōe ꝟtutis. Cōsequētia tenet: qꝛ bonū quāto est diuturnius: tāto est meliꝰ / ⁊ magis eligendū. tertio thopicoꝝ

Secundo.

¶ Scđo aꝶ q̄ nō in operatiōe virtutis: qꝛ operatio vir-

...tio

tutis est laboriosa: ergo nō est delectabilissima: & p cōsequēs in ea nō cōsistit felicitas. ¶ Tertio arguitur: opatio virtutis pōt bene & male fieri: vt patz de datiōe elemosine: nō aūt felicitas: igit. ¶ Et cōfirmatur: q2 felicitas est qd perfectissimū: sed opatio virtutis nō est quid pfectissimū: igit. Minor pbatur: q2 dirigēs est pfectius directo: sed virt⁹ dirigit ipsam operationē: ergo est pfectior ipa operatiōe. ¶ Confirmatur scdo q2 si opatio virtutis esset felicitas: tūc cōtingeret pluries in die hoīem felicē esse et miser: cū cōtingat pluries in die ipm opari. & nō operari fm virtutē. Sed ɔn̄s videt esse falsum: cū felicitas sit permanentissima: igitur. ¶ In oppositū est aristoteles in tertio capitulo primi tractatus.

...icul⁹ pri... ...s.

...io senece ...felicitate.

¶ Sciendum q sup hac materia due sunt opiniones. vna est senece & tullij qui videtur velle: q in virtute cōsistit felicitas: & nō in operatiōe virtutis. Dicit eñ seneca libro de vita btā. Erras cū interrogas qd est ppter quod appetūtur virtutes? quer is ei aliqd supra sūmū. Interrogas qd petā velle ex virtute ipa nichil melius habet seipa. Idem videt tullius in libro de paradoxis. et pro ista opiniōe faciūt ratiōes ante oppositū.

...inio ari... ...elis

¶ Alia est opinio aristotelis qui dicit felicitatē nō i v̓tute: sed in operatiōe virtutis ɔsistere. Tū primo: quia stat dormiētes / & multa infortunia patientes habere virtutē: & tñ nullus diceret illos esse felices. Tū scdo: q2 opatio est eligibilis ppter seipsam: virt⁹ vero propter operationē. Tū tertio: quia laudabili⁹ est habere operationē fm virtutē: q̄ habere virtutē tantū: sicut laudabili⁹ est vti diuitijs: q̄ eas possidere. Tū quarto: quia operatio virtutis est ipa virtute delectabilior: cū igitur felicitas sit delectabilissima: sequitur q ɔsistit in operatiōe virtutis / et non in virtute. Tū quinto: q2 operatio virtutis est perfectior ipa virtute: q2 quicunq3 aliquo accipiūt nobilitatē & perfectionē ab aliquo obiecto illud est nobilius & perfectius: qd perfectius & intimi⁹ attingit tale obiectū. Sed actus virtutis & habitus accipiunt nobilitatem ab obiecto. et actus intimi⁹ attingit obiectū q̄ habitus: igitur. ¶ Sed ad istas rōnes responderent illi de prima opinione. Et primo ad primaz dicerent: q dormiens propter dormitionē nō efficitur miser: q2 laudabile est dormire qñ oportet & fm q oportet er sic aliquis dormiēs pōt dici felix. Similiter sustinēs multa infortunia: pōt dici felix dūmodo vtatur illis vt debet. ¶ Ad scdam diceret q licet virtus sit ppter operationē secundaria intentione sicut de⁹ propter motū celi non tamē primaria intētione. ¶ Ad tertiā dr q operari fm virtutē nō est excellētius ipa virtute: nisi p quanto includit virtutē: cū operatio sit bona ppter virtutē a qua procedit. ¶ Ad quartā negaret cōseq̄ntia: quia in maxime delectabili non consistit felicitas. sed in eo cuius operatio est maxime delectabilis. ¶ Ad quintā dicerēt q illud nō est necesse: qñ vnū illoꝝ dirigit aliud in ipsum obiectū: sicut est in proposito.

...ticulus se...ndus.

¶ Conclusio prima. Felicitas collectiue accepta: cōsistit in virtute & operatiōe virtutis Patet q2 felicitas illo mō accepta est status oīm bonorum aggregatiōe perfectus vt supra dictū est: igit.

¶ Conclusio Scda. Felicitas nō collectiue accepta (de q̄ intelligit principaliter questio) consistit in operatiōe virtutis. s. in operatiōe sapiētie: et nō in virtute. pater satis ex dictis.

...iculus ter... ...s De amicitia & veritate

¶ Dubitatur Primo vtrū si amic⁹ & veritas dissentiāt: v̓itas sit amico pferēda? ¶ Et arguitur q nō: per tulliū in libro de amicitia dicentem: hortor vos quātū possum vt amicitiā oīb⁹ reb⁹ hūanis anteponatis: ergo amicitia preferenda est veritati. ¶ Scdo sic fm aristotelē nono huius. Amicus est alter ipe: g plus tenetur qs diligere amicū (q est alter ipe) q̄ veritatem. ¶ Et cōfirmatur: q2 fm phm octauo hui⁹ sine amicis nullus eligeret viuere habēs cetera bona: g veritati est amicitia pferēda. ¶ Cōfirmatur scdo: q2 illud est faciēdū per qd politia meli⁹ cōseruatur: sed hoc fit pferēdo amicitiaz veritati: igit. Minor pbatur p tulliū libro de amicitia dicētē: nō est dom⁹ tam stabilis nec ciuitas tā firma: q nō discordijs fundit⁹ possit euerti: igit. ¶ In oppositū est aristoteles in quarto caplo pmi tractat⁹. Tullius. ¶ Pro solutione dubij est aduertēdū: q veritas (vt de ea hic loquimur) est ɔformitas nr̄e cognitiōis & nr̄i finōis ad rē: et oīs talis est pfectio & bonū nr̄i intellect⁹. & sic intellect⁹ semp deficit a sua pfectiōe: q̄diu falsis opiōib⁹ informatur: nō tñ semp falsitas est pctm̄ nobis iputabile: maxime vbi ignorātia est inuincibilis: q2 tūc est nature nr̄e debilitas: & nō culpa. Descriptio veritatis ¶ Alteri⁹ aduertēdū q triplex est amicitia: qdā est ppter bonū vtile: alia ppter bonū delectabile: & alia ppter bonū honestū. Due pme amicitie pñt esse prauer & inter prauos: & iō nō est mirū si talibus veritas pferatur. Tertia vero (q sola est simpliciter amicitia) nō pōt esse nisi inter bonos. & hec est virt⁹ qdā vl' cū virtute & de ista est h sermo. De q̄ rñdetur ad dubiū. q si veritas & amic⁹ dissentiāt: veritas est amicitie pferēda. p3 q2 sustinere amicū in sua falsitate est malū: ergo ipm redarguere est bonū. Triplex amicitia. Responsio ad dubium ¶ Et ad primā rōnem dubij dr q dictū tullij nō intelligitur simpliciter sed q amicitia est pferenda oīb⁹ reb⁹ hūanis q ei obesse pñt. Ad rōes dubij ¶ Ad scdaz dr q amic⁹ pferēd⁹ est oīb⁹ illis q possūt vero bono ei⁹ obesse: sed nō oīb⁹ simpliciter. ¶ Ad ɔfirmationē dr: q illud dictū aristo. sic intelligitur: nemo hñs cetera bona: eligit magis viuere sine amicis: q̄ cū amicis. ¶ Ad scdaz cōfirmationē cōceditur maior & negatur minor: q2 pferēdo veritatē opinioni amici: non recedim⁹ ab amico: sed ab opinione amici tm̄. & si talis nollet ab errore reuocari: dissoluēda esset cū eo amicitia.

An felicitas cōsistat in bono separato

¶ Dubitatur Scdo. vtrū felicitas ɔsistit i aliq bono separato? Et arguitur q sic: q2 felicitas ɔsistit in fine vltīo: sed talis ē bonū sepatū puta de⁹. igr. ¶ Scdo sic. finis gr̄a cui⁹ pncipalior ē fine q sed opatio hoīs nō est nisi finis quo hoīs: g oportet finē gr̄a cuius hoīs esse bonū sepatū. ¶ In oppositū est aristote. in q̄rto caplo pmi tractat⁹. ¶ Pro solutiōe dubij est aduertendū q p bonū sepatū nō itelligitur qdlibet bonū extrinsecū hoī: sed intelligitur bonū p se subsistens sepatū ab oī bono naturali qd est p se bonū er cū bonitatis alioꝝ. Et tale bonū tripl'r pōt intelligi esse: vno mō q sit cōe fz pdicationē q̄dditatiuā: ita q sit q̄dditas oīm bonoꝝ particulariū: & hoc quasi videntur sonare v̓ba platonis. secūdo mō q sit formale exēplar oīz bonoꝝ particulariū & eiusdē rōnis cū eis differēs solū ob eis: q2 est sine materia: et alia i materia. tertio mō q illd bonū sepatū sit oīz aliorū finale bonū gr̄a cui⁹ cetera sunt & opantur qd nō est q̄dditatiue pdicabile de alijs: nec eiusdē rōnis cū ipsis: includēs tñ v̓tualiter & excellēter oīa alia: & hoc est de⁹ gl'iosus. Tripliciter potest intelligi esse bonū separatum. ¶ Alteri⁹ aduertēdū: q tripliciter pōt intelligi felicitatē ɔsistere i bono sepato: s3 formaliter: subiectiue & obiectiue. Tripl'r pōt felicitas ɔsistere in bono sepato ¶ Istis notatis rñdetur ad dubiū p q̄ttuor ppositiones. Prima est q in nullo pdictoꝝ bonoꝝ ɔsistit felicitas subiectiue. patet q2 felicitas est subiectiue in hoīe felici cū sit opatio ei⁹ imanēs. ¶ Scda ppō. i nullo pdictoꝝ bonoꝝ ɔsistit formaliter felicitas: pbatur q2 felicitas ɔsistit formaliter i illo quo hō dr formaliter felix: s3 illud nō est aliqd bonū ab hoīe sepatū: s3 est ei inherēs: igit.

¶Tertia propositio. Felicitas non consistit obiective in aliquo bono separato duob⁹ primis modis: sicut intendebat plato vt ei imponit aristoteles. patet satis per rationes textus. Nullū etiā est bonū separatū illis duobus modis. ¶Quarta ꝓpositio. Felicitas cōsistit obiective in bono separato tertio mō. patet: qꝛ felicitas de qua est hic sermo cōsistit in speculatiōe ꝛ ꝯtemplatione nobilissimi ꝛ optimi obiecti. tale aūt obiectū est bonum separatū tertio mō. s. ipe deus: igitur. ¶Ad rōnes dubij patent solutiones ex dictis.

Ad rationes q̄stionis. ¶Ad rationes questionis. ¶Ad primā dr̄: ꝙ lꝫ virt⁹ sit eligibilis ꝓpter se: qꝛ est bonū honestū: est tñ eligibilis ꝓpter aliud tanꝙ bonuꝫ vtile. ¶Ad cōfirmationē cōcedit aīs ꝛ negat ꝯña. Et ad ꝓbationē dr̄: ꝙ lꝫ in bonis q̄ sunt eiusdē rōnis ꝛ vbi cetera sunt paria bonū diuturni⁹ sit melius: nō tñ ī his q̄ nō sunt eiusdē rōnis. ¶Ad scđam dr̄: ꝙ operatio in q̄ cōsistit felicitas de se nō est laboriosa: imo summe delectabilis: sꝫ circa eā labor accidit ex parte corporis ꝛ viriū sensitiuaꝝ intellectui deseruientiū. tāta tñ est in felicitate delectatio: vt oēm extinguat vel saltē irreputabilem reddat tristiciā ꝛ laborē qui in cōtinuāda operatōe sustinendus est. ¶Ad tertiā distinguit maior. aut operatio virtutis q̄ de se est bōa: sicut est illa in q̄ ꝯsistit felicitas et sic negat. aut opatio q̄ de se nō est bona nec mala: sed solū denoīatione extrīseca: ꝛ sic ꝯcedit maior ꝛ minor: ꝛ negat ꝯña. ¶Ad primā ꝯfirmationē dr̄: ꝙ felicitas collectiue accipiēdo ꝑminū: nullo alio bono perficit qđ nō sit pars eius: cū oīa bona includat. Silr̄ felicitas ꝓ simplici operatiōe accepta nullo alio bono meliori ipa perficitur. ministerialiter tñ adiūcta alijs bonis: reddit eligibilior. potissimū cū delectatio ei adiūgit. ¶Ad scđaꝫ confirmationē negat ꝯña: sed bñ sequtur ipm pluries in die nō esse felicē: nisi solū habitualiter vel virtualit. Ulterius dr̄ ꝙ felicitas nō est permanētissima simplr̄: sed inter nobiles hoīs operationes. vel dr̄ permanētissima ꝑm habitū nō ꝑm actū. vel est permanētissima ꝑm se vel operationes in ipsam ordinatas.

Prima ꝯclō. Rursum aūt redeam⁹ ad q̄situ bonū qđ vtiqꝫ sit. ¶Videt q̄dē aliud in alia opatiōe et arte aliud et ī medicinali ꝛ militari et reliq̄s silr̄. qđ igit vnicuiqꝫ bonū: an grā cui⁹ reliqua opata sūt: hoc āt in medicinali q̄dē sanitas. in militari xo victoria. in edificatiua autē dom⁹. in alio vero aliud. in oī aūt operatōe ꝛ electiōe finis. huius ei grā reliqua operant oēs. quare si q̄d operatoꝝ oīm est finis: hic vtiqꝫ erit operatū bonū. si vero plura: hec. trāscēdens vtiqꝫ

Secūda ꝯclusio cum probationibus. sermo ad hoc ipm ꝑuenit. ¶Hoc aūt adhuc magis explanare tentandū. qm̄ aūt plures videtur fines. horū aūt eligim⁹ quosdā propter alterū: vtputa diuitias fistulas ꝛ oīno organa. manifestū igit q̄m nō sunt oēs perfecti. Optimus aūt perfect⁹ quis videtur. Quapropter siquidē est vnū aliquid solum perfectū: hoc vtiqꝫ erit quod querit. si vero plura ꝑfectissimū hoꝝ. Perfectius aūt dicimus qđ ꝑm seipm est ꝓsequibile: eo qđ ꝓp alterū ꝛ qđ nūqꝫ ꝓpter aliud eligibile: ijs q̄ propter seipa ꝛ ꝓpter aliud eligibilius. ꝛ simpliciter vtiqꝫ perfectū qđ scđm seipm eligibile semper ꝛ nunqꝫ ꝓpter aliud. tale itaqꝫ felicitas maxie esse videt. hāc eni eligim⁹ semꝑ ꝓpter seipam ꝛ nūqꝫ ꝓpter aliud. ¶Honorem vero ꝛ voluptatē et intellectū et omnē virtutē eligim⁹ quidē ꝛ propter seipa. nullo eni aduenīēte eligerem⁹ vnūquodqꝫ ipoꝝ. eligim⁹ autē ꝛ felicitatis grā per hec suspicātes felices fore. felicitatē aūt null⁹ eligit hoꝝ grā nec oīno propter aliud. ¶Videtur autē ꝛ ex ꝑ se sufficiētia idē accidere. perfectū ei bonū per se sufficiēs esse videtur. per se sufficiēs aūt dicim⁹ nō ipi soli viuenti vitā solitariā: sed ꝛ parētib⁹ ꝛ filijs ꝛ vxori et vlr̄ amicis ꝛ ciuib⁹ qꝛ natura ciuile homo. Hoꝝ aūt assumēdus termin⁹ quis. extendēti ei ad parētes ꝛ propiquos ꝛ amicos amicoꝝ in īfinitū ꝓcedit sꝫ de hoc q̄dē rursus ꝑscrutādū. per se sufficiēs autē ponim⁹ quod solitarium sufficientē ꝛ eligibilē facit vitā ꝛ nullo indigentē. tale autē existimam⁹ felicitatem esse. ¶Amplius autē oīm maxie eligibilē nō connūeratā. connūerata autē manifestuꝫ quoniā eligibilior cū minimo bonorum. superabūdātia ei bonoꝝ fit qđ appositum est. bonoꝝ autē maius eligibili⁹ ē semꝑ. Perfectū itaqꝫ quid videt ꝛ per se sufficiēs felicitas operatorum existens finis. Bonū per se sufficiens. Correlariū.

Iste est secūdus tractat⁹ hui⁹ libri in q̄ determīat aristoteles de felicitate ꝑm opiōnē propriā. Et ꝯtinet septē capl'a: q̄ patebūt in ꝓcessu. In p̄mo inuestigat phūs quasdā ꝓprietates felicitatis. Et diuidit in duas ꝑticulas. In p̄ma proponit materiā hui⁹ tractat⁹: ꝛ ꝯtinuat dicēdis dictis. In scđa vero facit qđ dictū est. Dicit ergo p̄mo sic: ꝙ rursus redeūdū est ad q̄situ bonū: scꝫ ad felicitatē: ꝛ ad inuestigandū ꝑm veritatē q̄d sit. Premittitur intentum. ¶Videtur quidē. Hec est secūda pars hui⁹ capituli: in qua phūs intēdit duas conclusiōes. ¶Prīa est. felicitas ē finis vltim⁹ opationuꝫ humanaꝝ. Pro cui⁹ ꝓbatiōe supponit ex dictis: ꝙ in alia ꝛ alia opatione ꝛ arte est aliud ꝛ aliud bonū finale. vt in medicinali arte ꝛ militari et reliq̄s. Quo supposito arguit sic. Sicuti ī vnaquaqꝫ arte supremū bonū gratia cuius alia fiunt: est finis vltim⁹ oīm q̄ fiunt in ea. vt in medicina bonū finale est sanitas: in militari victoria: et in edificatiua domus. Ita in operatiōib⁹ hūanis illa operatio grā cuius alie fiūt est finis. et si sint plures subordinate: optima et vltima (cuiusmodi est felicitas) erit vltim⁹ finis: igitur. Prima ꝯclō elucidata. ¶Hoc aūt. Scđa ꝯclusio. felicitas est bonū simpliciter ꝑfectū. Probat phs q̄ttuor rōnibus. ¶Prima est: qꝛ felicitas est finis vltim⁹ humanaꝝ operationū: sed talis est bonū perfectū: igr̄ felicitas est bonū perfectū. Minorē ꝓbat: qꝛ aut opationū humanaꝝ est tm̄ vnus finis. ꝛ tūc ille est bonū ꝑfectū et Scđa ꝯclō elucidata cū ꝓbatiōibus.

felicitas. aut sunt plures fines: quorū vnus est pp aliū vt viuitias et fistulas et oīno organa pp aliud eligim⁹ et tunc vltimus et pfectissim⁹ illorū finiū erit felicitas: igit. ¶ Perfectius aūt. Secunda rō. qḋ pp se est eligibile et nūq̄ pp aliud est bonū simpliciter pfectū: sꝫ felicitas est hmōi: igit. Maiorē ꝓbat: qꝛ qḋ pp se est eligibile ꝛ nūq̄ pp aliud: est pfectius ꝛ melius illo qḋ pp se et pp aliud est eligibile: igit est simpliciter bonū pfectū.

Corrélarium eluadatum.

¶ Honorē vero. Hic infert phs vnū correlarium: q̄ honor/voluptas/intellectus/et oīs virtus non sunt bona simpliciter perfecta: qꝛ q̄uis pp se appetantur: tñ querimus etiā ea pp aliud. s. pp felicitatē: suspicantes nos felices fore p ipsa. ¶ Videt aūt. Tertia rō. oē bonū per se sufficiens/est simpl'r pfectū: sꝫ felicitas est bonū p se

Due cōditiones boni p se sufficientis

sufficiēs: igit. Minorē ꝓbat phs p duas ɔd'ones boni p se sufficientis: q̄ vident cōuenire felicitati. Prima est q̄ ipm sufficit hoī viuenti ciuiliter: et nō solū hoī viuenti solitarie. Et ondit phs modum quo dꝫ sufficere viuenti ciuiliter. s. q̄ sufficiat parentibus filijs et vxori et vl'r amicis et ciuibus. qꝛ natura aīal ciuile homo est. sumēdus tñ est aliquis terminus: qꝛ si ꝓcederem⁹ ad parentes et propinquos et amicos amicorū: eēt ꝓcessus in infinitum. Secūda cōditio est: q̄ ipm p se habitum reddit vitam eligibilē et nullo indigentē. sed tale bonū existimamus felicitatē eē: ḡ felicitas est bonū pfectū. et per istam rōnem tangit phs vnā ꝓprietatem felicitatis. s. q̄ est bonū p se sufficiēs. ¶ Amplius aūt. Quarta rō. Illud bonū est simpl'r pfectū qḋ reddit vitam maxime eligibilem inter oīa bona: etiā si nō cōnumeret ipis: hoc ē si ipm ponatur ex vna parte et oīa bona ex altera: ipsuꝫ erit reliquis eligibili⁹. sed felicitas est hmōi: igit. Et notanter dr̄ etiā si nō cōnumeret: qꝛ (vt dicit phs) felicitas cōnumerata cū minimo bono est eligibilior q̄ felicitas p se. hoc est aggregatū ex ipsis est eligibilius. nam ibi bonorū maior accumulatio fit: bonorū aūt maius semp est eligibilius. Ex his cōcludit phs q̄ felicitas est quid pfectū p se sufficiens et finis operatorum.

Sed forte felicitatē q̄dem et optimū dicere cōfessum quid videtur desideratur aūt manifesti⁹ quid est adhuc dici: forte vtiq̄ fiet hoc si sumatur opus hominis

Prima cōclo

¶ Queadmodū ei tibicini et statuifici ꝛ oī artifici et oīno quorū est opus aliqḋ et actus in opere videtur bonū esse et bene ita videtur vtiq̄ et homini siquidem est opus aliqḋ ipsi. Vtrū igitur textoris quidēꝫ et coriarij sint opera quedam et actus: hoīs vero nullum sed ociosum naturaliter est? vel queadmodū oculi et manus et pedis ꝛ oīno vniuscuiusq̄ particularum videtur aliquod op⁹ ita et hoīs preter hec oīa: ponet vtiq̄ aliq̄s

Secūda ɔclo

opus aliquod. ¶ Quid igitur vtiq̄ hoc sit inquam. viuere ei cōe videt et plātis. Queritur autē ꝓpriū. separandū ergo nutritiuā et augmentatiuam vitam. sequēs autēꝫ sensitiua quedam vtiq̄ erit. Videt autē et hec cōis et equo et boui et omni animali. Relinquitur vtiq̄ operatiua quedam rōnem ha-

Tertia ɔclo.

bentis. ¶ Huius autē hoc quidem vt bñ persuasibile rōne: hoc vero vt hñs et intelligens. Dupl'r aūt et hec dicta: eā q̄ scdm rōnē ponēdū. pricipali⁹ ei vr̄ hec dici. ¶ Si aūt est

Quarta cōclo.

opus hoīs aīe opatio scdm rōnē vel nō sine rōne. Idē aūt dicimus opus eē gñe hui⁹ et hui⁹ studiosi: queadmodū cythariste et studiosi cythariste et simpl'r vtiq̄ hoc ī oīb⁹ apposita secūdū ꝟtutē abūdātia ad op⁹. cytharisare ei cythariste. studiosi aūt bñ. Si autē sic: hoīs aūt ponim⁹ vitā quādā: hāc aūt aīe opationē et actū cū rōne: studiosi aūt viri: bñ huius et optime. vnūquodq̄ꝫ aūt bñ secūdū ꝓpriā virtutē pficit. Si autē hoc humanū bonū aīe opatio sit secūdū ꝟtutē. si autē plures ꝟtutes: secundū pfectissimā et optimā. ¶ Amplius autē et in vita pfecta. vna

Quinta cōclo. Auctoritas.

enī hirundo ver nō facit: nec vna dies. Itaq̄ꝫ vtiq̄ꝫ neq̄ꝫ beatum et felicem vna dies neq̄ꝫ paucum tempus.

Istud est secūdū capl'm hui⁹ scdi tractatus ī quo. p. inuestigat diffinitionē felicitatis. Et

Premittitur intentum.

primo premittit intentionē suā dicēs q̄ quia forte ab oībus cōcessum est felicitatē eē sumū bonū: ideo considerandū est manifestius et ꝓfundius quid ipa sit. Ad quod faciēdū ponit. p. q̄nq̄ conclusiones. ¶ Prīa est. Felicitas est opatio hoīs. Probat: qꝛ cuiuslꝫ cui⁹ est aliquod opus: sūmū bonū in ope

Prima conclusio elucidata

consistit: sꝫ hoīs est aliqḋ opus. ḡ hoīs sūmū bonū (qḋ ē felicitas) ī ope cōsistit. Maiorē ꝓbat phs inductiue: qꝛ ille dr̄ optim⁹ tibicen: q̄ optime canit cū tibia. ꝛ ille optimus statuifex: q̄ optime facit statuam: ꝛ sic de reliq̄s artificib⁹: igit. Minorē ꝓbat phs dupl'r. prīo: qꝛ textoris inq̄ntū huiusmodi est aliqḋ opus. sil'r coriarij et sic de alijs. ḡ etiā hoīs est aliqḋ opus: aliter hō eēt naturaliter ociosus. Scḋo ꝓbat. nā oculi ꝛ man⁹ et sic de alijs organis est aliqḋ opus propriū: ḡ hoīs pter hec oīa est aliqḋ opus ꝓpriū. Per opus aūt hoīs in ꝓposito intelligit phs illud opus f̄m q̄ hō operās dicit bon⁹: vt sūt actus virtutū. Nam f̄m actus artiū vel partiū hoīs: nō dr̄ hō bonus simpl'r: sed cū addito. puta bonus faber: vel bene videns. ¶ Quid igit. Scḋa ɔclo. Felicitas ē

Secūda conclusio elucidata

opatio hoīs f̄m partem rationalē. Probat phs: qꝛ felicitas est opatio hoīs pfectissima: et nō f̄m partem vegetatiuā. qꝛ illa est cōis plantis. nec secūdū partē sensitiuā: quia illa est cōis equo et boui et cuilibet aīali. ḡ relinquitur q̄ est opatio hoīs f̄m partem rōnalē. ¶ Huius autē. Tertia ɔclo. Felicitas est opatio homis f̄m

Tertia conclusio elucidata

partē rōnalem vt est hñs rōnē ꝛ intelligēs. Pro cui⁹ ꝓbatione notat phs q̄ pars hoīs dr̄ dupl'r rōnalis. Uno mō qꝛ est rōne psuasibilis siue nata obedire rōni. Alio mō qꝛ est habens rōnem et intelligens. Tūc ꝓbat suā ɔd'onem. pars rōnabilis vt habens rōnem ꝛ intelligēs est pfectior ꝛ principalior q̄ illa q̄ est psuasibilis rōne. sed felicitas est opatio hoīs f̄m partem perfectissimā: ꝫ f̄m q̄ pfectissima: ḡ est opatio hoīs f̄m partem rōnalē vt est habēs rōnem et intelligens. Per partem autem psuasibilē ratione (que ab aliquibus solet vocari rōnalis p participationē) intelligit phs voluntatem. et per partē rōnalē habētem rōnem (que solet dici rōnalis per

essentiam) intelligit intellectum. Secundũ alios p pri mã intelligit sensum ꝛ appetitũ sensitiuũ. ꝛ p scd̃am intelligit intellectum et appetitum intellectiuũ siue volũtatẽ. ¶ Si autẽ. Quarta ↄcl'o. Felicitas est opatio hominis ſm virtutẽ pfectissimã. Probat phs: qꝛ optimi hoĩs opatio est opatio ſm virtutem. ꝛ si sunt plures virtutes ſm virtutẽ pfectissimã. ğ felicitas est opatio hominis ſm ꝟtutẽ pfectissimã. Añã tenet: qꝛ felicitas (cũ sit opatio ꝛ sũmũ bonũ hoĩs) est opatio optimi hoĩs. Añs pbat dupl'r. pͥmo/ qꝛ opatio hoĩs est opatio ſꝫ ratione vel non sine rõne. ğ opatio boni hoĩs est bñ opari cũ rõne: et opatio optimi hoĩs est optĩa opatio cũ rõne. Cõsequẽtia tenet: qꝛ eadem est in gñe opatio hoĩs ꝛ studiosi hoĩs. nã solũ differũt ſm ꝟtutẽ appositam vel excellentiam virtutis: sicut opus cythariste est cytharisare. et boni cytharistẽ bñ cytharisare. ꝛ optimi cytharistẽ optime cytharisare. Secundo: qꝛ vnũqꝫ bene operando ſm ꝓpriã virtutẽ pficit: ğ optim⁹ hõ operãdo ſꝫ optimã ꝛ pfectissimaꝫ virtutẽ pficit. ¶ Amplius autẽ. Quinta ↄcl'o. Felicitas est opatio hoĩs in vita pfecta. Probat phs p sil'e. nam sicut vna hyrũdo adueniẽs nõ facit ver (hoc est nõ sufficiẽter denũciet ꝟnale tps) nec vna dies temperata facit estatẽ. sic etiã vna dies vl' paucũ tps nõ facit hoĩem felicem: ſꝫ requirit longũ tps: ğ felicitas est opatio hoĩs in vita pfecta. Ex his hrĩ potest diffinitio felicitatis: scꝫ q est opatio hoĩs ſm virtutem perfectissimam et in vita perfecta.

Quarta cõclusio elucidata — *Quinta cõcl'o elucidata.* — *Diffinitio felicitatis.*

Cõclusio cũ pbationibus

Circũscribatur quidem igitur bonũ ita. ¶ Oportet eñ forte figuraliter dicere. deinde posteri⁹ rescribere. videbitur aũt vtiqꝫ hoĩs eẽ pducere ꝛ pticulatim disponere q̃ bñ hñtia in circũscriptione. Et tps taliũ inuentor et coopator bonus esse. vnde et artiũ facta sunt additamẽta. Oĩs eñ est apponere quod deficit. ¶ Meminisse autem ꝛ predictorum oportet et certitudinem nõ in oĩbus similiter exquirere: sed in singulis secundũ subiectã materiã ꝛ intantũ inq̃tum ꝓpriũ est doctrine. Etenĩ tector et geometra differenter quidem inquirunt rectã: hic quidem inq̃tum vtilis est ad opus. hic autẽ quid est. speculator enim est veri. Secundum eundem itaqꝫ modum: ꝛ in aliis est faciendũ: vt non que extra opera operib⁹ plura fiãt. ¶ Nõ expetendũ autẽ neqꝫ causam ĩ oĩbus sil'r sed sufficiẽs in quibusdaꝫ hoc qꝛ demõstrari bene vtputa circa principia hoc autem quia primũ et principiũ. ¶ Principiorum autem hec quidem inductione contẽplata sunt: hec vero sensu. hec autẽ consuetudine quadam et alia autẽ et aliter. Pertransire autem tentandum singula secundũ q innata sunt et studendum qualiter terminent bene. magnũ eñ habent auxiliũ ad sequẽtia. Videtur eñ plusq̃ dimidiũ totius eẽ principium: et multa manifesta fieri p ip̃m eorum que queruntur.

Auctoritas — *Auctoritas.*

Istud est tertiũ capitulũ huius scd̃i tractatus in quo phs ostdit predictã diffinitionem felicitatis eẽ sufficienter assignatã. Et intendit talẽ ↄcl'onẽ. Felicitas predicta diffinitione est sufficiẽter descripta. Probat tribus rationibus. ¶ Prima est: qꝛ felicitas debuit pͥmo grosse et figuraliter describi et postmodũ rescribi. i. q̃ ad singulas partes descriptionis explicari. sed ita factũ est in assignando pdictã diffinitionẽ felicitatis: igitur ipa est cõueniẽter assignata. Maiorẽ ꝓbat phs: qꝛ ꝓpriũ est cuiuslꝫ artificis sui artificiũ describẽtis: de impfecto ad pfectũ pducere ꝛ p successionẽ tpis particulas descriptiõis disponere ꝛ declarare. ğ felicitas debuit figuraliter pͥmo describi ꝛ postmodũ rescribi. Añs ꝓbat: qꝛ cuiuslꝫ artificis est apponere qđ deficit. Nã artiũ additamẽta facta sunt in tpe. tps eñ taliũ inuẽtor ꝛ coopator bon⁹ eẽ videtur. ¶ Meminisse aũt. Scd̃a rõ. certitudo (vt pri⁹ dictũ est) nõ est sil'r oĩbus exquirẽda: ſꝫ ſm materiã subiectã ꝛ intantũ q̃tũ ꝓpriũ est doctrine. ſꝫ sic factũ est circa assignationẽ diffinitionis felicitatis: igitur est cõuenienter assignata. Maiorẽ probat phs: qꝛ tector et geometra differẽter inquirũt rectã lineã vel rectũ angulũ: tector q̃dẽ inq̃tum vtilis est ad opus. sed geometra ostẽdendo q̃d est rectus angulus et qualis. i. demõstrando passiones de eo: igitur. ¶ Nõ expetendũ. Tertia rõ. demõstratio pp q̃d siue p cãm nõ est sil'r in oĩb⁹ querẽda: ſꝫ in aliquibus sufficit demõstratio qꝛ: ꝛ maxime ĩ principiis. sed diffinitio felicitatis est vnũ principiũ huius sciẽ. ğ eius nõ est querendũ pp q̃d. et p ↄñs est sufficienter descripta. ¶ Principiorꝫ. Hic phs incidẽtaliter ostẽdit qualiter diuersa principia diuersimode sunt notificanda dicẽs q quedam sunt nota p inductionem: vt principia mathematicalia. vt oĩs numerus est par vel ĩpar quedã vero p sensum: vt principia naturalia. sicut oẽ viuẽs indiget nutrimẽto. alia p quãdã cõsuetudinẽ: sicut pͥncipia moralia. vt cõcupiscentie diminuũtur si ipis resistimus. et alia aliter. Et subdit phs q studẽdũ est manifestare principia ſm q manifestanda sunt. qꝛ magnũ hñt auxiliũ ad sequentia. videtur eñ plusq̃ dimidiũ toti⁹ eẽ principiũ: qꝛ multa eorũ q̃ querũtur in scĩa notificantur per ipsa principia.

Cõclusio elucidata cũ pbationib⁹ — *Quibus modis principia efficiũtur nota.*

Scrutandũ ergo de ipo non solum ex ↄcl'one et ex qb⁹ sermo sed ex dictis de ipo. vero q̃deꝫ oĩa cõsonãt existẽtia. falso aũt cito dissonat verũ. ¶ Diuisis itaqꝫ bonis tripl'r. ꝛ his q̃dem exterius dictis. his aũt circa aĩam et corp⁹ et circa aĩam pͥcipalissime dicimus ꝛ maxime bona. actus autẽ ꝛ opationes aĩales circa aĩam ponimus. ¶ Quare bene vtiqꝫ dicetur ſcd̃m hanc opinionẽ antiquam existẽtẽ ꝛ cõfessã a phis. ¶ Recte aũt ꝛ qñ actus quidem dicũtur et operatione finis. Ita eñ et eorũ q̃ circa animã sunt bonorũ fit et non eorum que sunt exterius. ¶ Cõsonat autem rõni et bene viuere et bene operari felicem fere enim bona vita quedam dicta est ꝛ bona operatio.

Prima cõcl'o — *Scd̃a ↄclusio*

Istud est quartũ capitulũ hui⁹ scd̃i tractat⁹ ĩ quo phs cõfirmat descriptiõeꝫ datã de feli-

citate p dicta antiquorū de eadē. Et ponit duas ɔclo- nes. ¶ Prima est. ad descriptionem felicitatis declarandam nō solū scrutanda sunt ea q̄ de felicitate cōcludi phr: sz etiā ea q̄ de ipa ab antiquis dicta sunt. Probat phs qr vero oīa consonāt: falso autē cito dissonat verū. g si pdicta descriptio sit vera: ei cōsonabūt vera dicta antiq̄r. et si sit falsa: ei dissonabūt: igit. ¶ Diuisio itaq̄. Scda ɔclo. Felicitatē consistere in bonis opationibus aīe cōsonat dictis antiquor a phis cōcessis. Pro cuius pbatione supponit phs q̄ triplicia sūt bona: scz bona aīe: bonū corporis et bona fortune. Quo supposito pbat ɔclonem tribus rōnib⁹. ¶ Prima est: qr antiqui ponebāt felicitatē in delectationib⁹ aīalib⁹: sz delectationes aīales sunt de bonis aīe: g felicitatem consistere in bonis aīe ɔsonat dictis ātiquor de eadē. ¶ Recte autem. Scda rō. actus et opationes ponūtur ab antiquis eē fines: sz actus et opationes sunt de bonis aīe g felicitas (q̄ est finis vltimus) est de bonis aīe fm antiquos. ¶ Cōsonat autē. Tertia rō. Idem videt eē apud antiquos bn̄ viuere et bene opari et felicē eē vel bona vita bona operatio ⁊ felicitas: sz in predicta descriptione ponitur felicitas esse bona operatio: g ipa cōsonat dictis antiquorum de felicitate.

Prima cōclusio eluadata

Secūda ɔclusio elucidata cum pbationibus.

Primū preābulum.

Videt aūt et quesita circa felicitatem oīa existere dicto. his q̄dem eñ virtus: his vero prudentia: alijs aūt sapiētia q̄dā eē videt. his autē hec vl' horū aliquid cū voluptate vel nō sine voluptate. alij autē ⁊ eā q̄ exterius ē abūdantiā cōprehēdūt. ¶ Hor aūt et hec q̄dez multi ⁊ veteres dicūt: hec autē pauci ⁊ gloriosi viri. ¶ Neutros aūt horū rōnabile peccare in vniuersis: sed vnū aliquid vel plura dirigere. ¶ Dicentibus quidem igit omnē virtutem vel virtutem quandā concors est. ratio huius enim est ⁊ secūdum ipam operatio. ¶ Differt autem forte nō parū in possessione vel vsu optimū existere: et in habitu vl' opatione. ¶ Habitū quidē ei cōtingit nullū bonū perficere existentem vtputa dormiēti aut et aliter qualiter ocioso. operationē aūt nō possibile est. operabitur eñ ex necessitate et bn̄ operabit. Quēadmodū autē i olimpiadibus non optimi et fortissimi coronant sed agonisantes. horum enim quidā vincūt ita et eorum qui in vita bonorum ⁊ optimorum operātes: recte illustres fiunt.

Secundum

Tertium.

Prima cōclo

Secunda cōclusio.

Istud est quintū capl'm hu⁹ scdi tractatus i quo. p. narrat diuersas opiniones antiquor de felicitate. Et diuidit in duas ptes pncipales. In prima facit quod dictum est. In scda cōparat opinionē ponētiū felicitatē in ⱱtute pdicte descriptioni felicitatis. In pria ponit tria preābula. primo narrat diuersas opiniōes antiq̄r d felicitate dicēs: q̄ q̄dam posuerūt felicitatē cōsistere in virtute morali pficiente appetitū. Alij i prudētia q̄ pficit itellectū practicū Alij in sapientia que pficit intellectum speculatiuū. Et alij i oībus pdictis: vel in altero cū voluptate. Alij i oībus predictis vel altero cum voluptate et abundantia bonor exterior. Et oēs iste opiniōes possūt ad tres pncipales reduci. q̄rū pria poit felicitatē in ⱱtute vl' virtutib⁹. scda i ⱱtute vl' ⱱtutib⁹ cū voluptate. ⁊ tertia in virtute vel virtutib⁹ cum voluptate et bonis exteriorib⁹. ¶ Horum autē. Secundū preambulū. populares ⁊ veteres secuti sūt opiniones ponētes felicitatē cōsistere i virtute vel virtutib⁹ cū voluptate et bonis exteriorib⁹ sz pauci ⁊ gloriosi viri: scz sapiētes secuti sūt opiniones ponētiū felicitatē i virtute vl' virtutib⁹. ¶ Neutros autē. Tertiū preābulū. nō est rōnabile dicere pdictos opināntes i oīb⁹ errasse: sz verisile est eos vnū aliq̄d vl' plura bn̄ dixisse. ¶ Dicētib⁹ q̄dē. Hec est scda pars: i qua phs cōparat primā opinionē ātiquor ad pdictā descriptionē felicitatis. Et ponit duas ɔclones. ¶ Pria est. predicta diffinitio felicitatis cōcordat cū opinione ponēte felicitatē cōsistere i virtute vl' ⱱtutib⁹. Probat. p. qr felicitas fm pdictā descriptionē est aliq̄d virtutis et fm ipam opatio: igit. ¶ Differt aūt. Scda ɔclo. opinio ponens felicitatē cōsistere i virtute nō est ita rōnabilis et cōueniēs sicut opinio q̄ ponit eā cōsistere in opatione virtutis. Probat. p. tripl'r. pmo: qr vsus siue opatio rei est melior ipa possessione siue ipo habitu: ergo opinio q̄ ponit felicitatē (q̄ est summū bonū) cōsistere in opatiōe siue in vsu virtutis: rōnabilior est opinione ponente eā i virtute q̄ est habitus. ¶ Habitū eñ. Scda rō. possibile est habitū virtutis non eē bonū hñti ipm: vt ptz de dormiente vel ocioso. sz nō est possibile operationem virtutis nō eē bonam operanti eā: g rōnabilius est ponere felicitatē in opatione virtutis q̄ in ipa virtute. ¶ Quēadmodū. Tertia rō. sicut in olimpiadibus nō coronantur optimi et fortissimi: sed agonisantes. qr hoīū q̄dam vincūt ⁊ nō agonisantiū nullus videt eē i vita felicitabili: q̄ soli operātes debēt dici felices: g ⁊c. ¶ Ubi aduertendū q̄ fm eustraciū in archadia est q̄dam mōs altissimus q̄ vocat olimpus: in quo fiebant q̄dā agones ⁊ quedā lucte ad exercitiū pugne vel in honorē Iouis: q̄ ibi colebat. vel ad honorē olimpie matris alexandri. q̄ quidem lucte vocabantur olimpiades in q̄b⁹ nō pmiabantur q̄ fortissimi erant et dispositi ad luctā: sz tantū qui agonisabant ⁊ vincebant.

Primū preābulū cōtinēs opiones antiquorū elucidatas de felicitate.

Secundū preambulum elucidatum

Tertiū preambulū elucidatum.

Prima conclo elucidata.

Secūda cōclusio elucidata

De mōte olimpo i archadia.

Est autē ⁊ vita ipor scdm seipsam delectablis. delectari q̄dē ei aīaliū est. vnicuiq̄ aūt ē delectabile ad qd̄ dr̄ amicus talis: vtputa equ⁹ quidē amanti equū. spectaculū autē amāti spectaculum. eodē autē mō ⁊ iusta amāti iustum: et oīno q̄ scdm ⱱtutē: amāti ⱱtutē. ¶ Multis q̄dez igit delectabilia aduersant adinuicem: qr nō naturalia sunt. amantibus autem bonum sunt delectabilia: q̄ natura delectabilia. tales autem secundū virtutē operatiōes. quare ⁊ his sunt delectabiles. ¶ Et secundū seipsas. nichil autē idiget voluptate vita eor quasi adiuncto aliquo: sed habet voluptatē in seipa. cū dictis enī nullus est bonus q̄ nō gaudet bonis operationib⁹. neq̄ ei iustum vtiq̄ aliquis diceret: non gaudentem iusta-

Prima ɔclusio

Secūda ɔclo

Tertia ɔclusio

opatione neq̧ liberalē. nō gaudētē liberalibus opationib⁹. silr aūt ⁊ in alijs. Si aūt sic secūdū seipas vtiq̧ erūt scðm v̄tutē opationes delectabiles.

Quarta cōclo. ¶ Quinimo ⁊ pulchre et bone et maxie vnūqōq̧ hoꝝ si bene iudicat de his studiosus: iudicat autē vt diximus. ¶ Optimū ergo et pulcherrimū et delectabilissimū felicitas: et nō diuisa sūt hec scðm deliacā supscriptionē optimū iustissimū eē. desideratissimū aūt sanū esse. delectabilissimū vero quo quis optat frui. oīa eñ hec existūt optimis opatiōib⁹. Has aūt vl' vnā harū optimā dicimus esse felicitatem.

Istud est sextum capitulū huius scði tractatus in quo phs ondit q̧ pdicta descriptio felicitatis cōcordat opinioni antiquoꝝ ponentium felicitatē cōsistere in v̄tute cū voluptate. Et ponit q̄ttuor ɔclōnes.

Prima conclusio elucidata ¶ Prima est. opatio scðm virtute est ipi virtuoso delectabilis. Pro cui⁹ ꝓbatione supponit phs q̧ delectari est aīalium. q̄ supposito ꝓbat suā ɔclonē. qr vnicuiq̧ ē delectabile quod amat. vt

Auctoritas. equus est delectabilis amāti equū. ⁊ spectaculū amanti spectaculū. ⁊ iustū amanti iustū. ḡ ⁊ opatio v̄tuosa amāti virturē.

Scða cōclusio elucidata. ¶ Multis q̄dē. Scða ɔclo. opatiōes virtutū sūt scðm naturā delectabiles. Probat phs: qr q̄cūq̧ sunt amantib⁹ bonū delectabilia: illa sūt scðm naturā delectabilia. sed opationes virtuose sūt amātib⁹ bonū delectabiles: ḡ sunt scðm naturā delectabiles. Maiorē ꝓbat: qr q̄cūq̧ delectabilia nō aduersant alijs delectabilib⁹ sūt scðm naturā delectabilia. sꝫ oīa delectabilia amātib⁹ bonū sunt hmōi: igit oīa talia sunt scðm naturā delectabilia. Maiorē huius rōnis ꝓbat phs: qr multis delectabilia aduersant adinicē: eo q̧ nō sunt naturaliter delectabilia: igit.

Tertia conclusio elucidata ¶ Et scðm seipas. Tertia ɔclo. opationes virtutum sunt scðm se delectabiles. Probat phs: qr illa q̄ nō indigēt aliqua voluptate extrinseca ad hoc q̧ sint delectabilia/ sunt scðm se delectabilia. sꝫ opatōes virtutum sunt hmōi: igit. Minorē ꝓbat: qr nullus est bonus q̄ nō gaudet bonis opationibus: ḡ opationes virtuose (cū sint bone) sunt scðm se delectabiles ipi operāti. Aūs ꝓbat iductiue: qr nullus est iustus q̄ nō gaudeat iusta opatione: neq̧ liberalis qui nō gaudeat liberalibus opationib⁹ ⁊ sic de alijs: igit.

Quarta cōclo elucidata. ¶ Quinimo. Quarta ɔclo. opationes scðm virtutem nō solū sunt delectabiles: sꝫ ⁊ delectabilissime/ pulcherrime/ ⁊ optīe. Probat phs duabus rōnib⁹. ¶ Pria est: qr studiosus indicat eas eē tales: cū ꝓ ipis cetera delectabilia/ pulchra/ et bona ꝑtermittat: ḡ sunt tales. ɔñā tenet: qr virtuosus de his bū indicat ¶ Optimū ḡ. Scða rō. felicitas (q̄ ē opatio scðm virtutem) est quid optimū/ pulcherrimū ⁊ delectabilissimū: ḡ opatio scꝫ v̄tutē est optīa/ pulcherrima et delectabilissima. Aūs ꝓbat: qr hec tria nō sunt diuisa (quēadmodū dividebant in quodā epigrāmate in tēplo apollinis in delo insula/ vbi cauebat q̧ optimū est quod est iustissimū: ⁊ desideratissimū est sanū eē ⁊ delectabilissimū est re optata frui) sꝫ vni et eidē conueniūt puta opationi que est felicitas.

Conclusio. Videtur tamen ⁊ eorū que exterius sūt bonorū indigēs: quēadmodū diximus impossibile enim vel non facile bona operari impotētē tribuere existentem. ¶ Multa quidem eñ operata sunt quēadmodū diximus per organa p amicos per diuitias p ciuilem potētiam. ¶ Quibusdā autē denudati coinq̄nāt beatitudinem: vtputa nobilitate: bona ꝓle: pulchritudine. nō oīno eñ felix q̄ specie turpissimus: vel ignobilis vel solitarius ⁊ sine prole. amplius autē forte felix minus si cui pessimi filij sunt vel amici vel boni existētes mortui sunt. ¶ Quēadmodum igitur diximus videtur indigere et tali prosperitate. vnde in idem ordinant quidam bonam fortunam felicitati: quidam vero virtutem.

Istud est septimū capitulū huius septimi tractatus: in quo phs ondit q̧ pdicta descriptio felicitatis cōsonat opinioni antiquoꝝ ponentiū felicitatem in virtute/ voluptate/ et abūdantia bonoꝝ exterioꝝ. Et ponit talē cōclusionē. Felix idiget bonis exteriorib⁹. Probat phs trib⁹ rōnib⁹. *Cōclusio elucidata.*

¶ Prima est. impossibile vel nō facile est illū bū operari cui desunt facultates: qr multa faciēda sunt p amicos: p diuitias ⁊ p ciuilē potentiā q̄si p instrumenta et organa. ḡ felix indiget bonis exterioribus. ¶ Quibusdam autem. Scða rō. illis indiget felix: quoꝝ carentia coinquinat felicitatē. sꝫ bona exteriora sūt hmōi: igit. Minorem ꝓbat de nobilitate: bona ꝓle: ⁊ pulchritudie. qr nō oīno felix est q̄ specie turpissim⁹ est vel ignobilis vl' solitarius ⁊ sine ꝓle. et minus felix est cui pessimi sunt filij vl' amici: vl' boni si fuerint mortui sūt: igit. ¶ Quēadmodū. Tertia rō q̄ est a signo: qr q̄dā in idē ordinant felicitatē ⁊ bonā fortunam (q̄ cā videt bonoꝝ exterioꝝ) q̄dam vero virtutem ⁊ felicitatē. igit signū est q̧ felix idiget bonis exterioribus.

Questio moralis. Queritur vtrū felicitas sit bonū pfectū ⁊ p se sufficiēs? ¶ Et argr primo q̧ nō: qr vt dicit

Argmt pmo. phs p se sufficiēs dr qd solitarie positū eligibilem facit vitam nullo indigentem. sed felicitas nō est hmōi: igr. Minor ꝓbat: qr scꝫ phm felix indiget bonis exteriorib⁹. ¶ Scðo ar' sic. dicit phs bo=

Secundo. nū p se sufficiēs dicim⁹ n̄ ipi soli viuēti siue ducēti vitā solitariā: sꝫ ⁊ parētib⁹ ⁊ filijs ⁊ vxori ⁊ vl' amicis ⁊ ciuib⁹. sꝫ ad hoc nō sufficit felicitas q̄ est nobilissimoꝝ entiū speculatio igit.

Tertio ¶ Tertio ar. bonū p se sufficiēs satiat appetitū: sꝫ felicitas nō satiat appetitū: igr. Mior ꝓbat: qr vt dr p. i priō ca. h⁹ tractat⁹. Felicitas alijs bonis cōnumerata reddit eligibilior: igit p se nō satiat appetitū. ¶ In oppositum est phs in eodē capitulo.

Articul⁹ pmus. ¶ Sciendum Primo q̧ vt supra dictū est: iste terminus felicitas pōt accipi dupliciter. Uno mō ꝓ statu eligibilissimo: quē homo pōt hr̄e in hac vita integrato. s. ex oīb⁹ illis q̄ vir bon⁹ mallet hr̄e q̧ nō hr̄e. q̄ autē integrant felicitatem hoc mō

Acceptiones huius termini felicitas. acceptā ondit. p. pmo rhetorice. Alio mō accipit ꝓ vnico simplici bono qd est optimū oīm humanoꝝ bonoꝝ. felicitas aūt priō mō accepta melior est felicitate scðo mō accepta. Et felicitas siue capiatur priō mō siue secūdo mō pōt accipi dupl'r. Uno mō ꝓ felicitate obiectiua: puta pro obiecto essentiali et primario felicitatis (qd ē deus gloriosus) siue pro aggregato ex obiecto primario et obiectis secundarijs felicitatis formalis. Scðo

mō pōt accipi ꝓ felicitate formali: scꝫ ꝓ actu vel opatione qua hō formaliter denoīatur felix: siue ꝓ aggregato ex oībꝫ q̄ denominant hoīem siue statū hoīs felicem.

Ad felicitatē deseruiunt alia bona.

¶ Ulterius aduertendū est ꝙ ad felicitatē formalē nō collectiue acceptā (q̄ est speculatio p̄mi entis) cetera bona quodāmō deseruiūt. q̄dā mediate. alia aūt īmediate. Uirtutes aūt ītellectuales ad eā ptinent. ptꝫ primo de sapientia. nā ī eiꝰ opatione cōsistit eēnaliter felicitas. scīa etiā ei deseruit: qꝛ ꝑ scientiam cognoscimus effectꝰ per quos deuenimus in noticiā prime cause. de qua est sapientia in cuius opatione consistit formaliter felicitas. Silr intellectus q̄ ordinatur ad notitiā ꝯclusionū et finaliter ad sapientiā ei subseruit. Et silr prudētia cū ōsidat hoī quō vacare debeat sapiētie ⁊ q̄ agenda sūt ad ipsam acq̄rendā. Uirtutes aūt morales deseruiūt ei: qꝛ sunt refrenatiue passionū: q̄ impediūt hoīem a cōtemplatione ⁊ ab inquisitione scīe ⁊ sapiētie: virtutes etiā morales inclinant ad multas opatiōes in q̄bus cōsistit maximū felicitatis decoramētū. Silr oēs artes mechanice ordinant ad necessaria vite acquirendū: sine q̄bus non potest quis vacare phie. Bona etiam exteriora subseruiūt felicitati qꝛ sine cibo ⁊ potu n̄ pōt q̄s diu vacare operatiōi in qua consistit felicitas. Similiter bona corporis ei cōferunt: quia ordinantur ad bona anime. sine ipsis etiam et potissime sine sanitate non potest cōtemplatio continuari.

Proprietates felicitatis.

¶ Sciendum Scđo ꝙ nouem tangit phs ꝓprietates felicitatis. ¶ Prima est ꝙ felicitas est q̄d optimū. et hoc verū tam de felicitate collectiue sūpta: ꝙ de felicitate nō collectiue accepta. De prima aūtē ptꝫ: qꝛ ipa singula bona īcludit. De scđa ēt ꝓbat: qꝛ ipa est optima inter oēs opationes humanas. ¶ Secunda est ꝙ felicitas est vltimus finis: nō q̄dem simpliciter nec ipius hoīs felicitas: qꝛ est melior ipa felicitate: sꝫ est vltimus finis opationū hūanaꝝ. ¶ Tertia ꝓprietas est ꝙ est eligibilis pp se. qꝛ est pfectio nobilis ex seipa. ¶ Quarta est ꝙ nō est eligibilis p̄maria intentione pp aliud humanū bonū. ptꝫ: qꝛ est vltimꝰ finis. ¶ Quinta est ꝙ oīa bona humana sūt eligibilia pp eā. ptꝫ. qꝛ sicut pfecta vnitas orbis consistit in ordine partium eius ad vnū: ita in minori mundo oēs opatiōes reducunt ad vnā: puta ad felicitatē. ¶ Sexta est ꝙ est q̄d pfectissimū in gn̄e humanoꝝ bonoꝝ: qꝛ a nullo excedit. ¶ Septima est ꝙ est q̄d delectabilissimū: cū consistat ī cōtemplatione entiū nobilissimoꝝ. ¶ Octaua est ꝙ felicitas est q̄d pulcherrimū: qꝛ est pulcherrima oīm operationū humanarū. ¶ Nona est ꝙ felicitas est q̄d ꝑ se sufficiētissimū. Aduertendū tn̄ ꝙ aliquid pōt dici pfectū siue ꝑ se sufficiēs duplr. Uno mō simplr: qꝛ scꝫ oēm

Dupliciter dicitur aliquid perfectum

pfectionē ⁊ sufficientiā bonoꝝ continet: vel qꝛ nulla pfectio ei deest. ⁊ sic solus deꝰ dr̄ pfectus ⁊ ꝑ se sufficiens. Alio mō aliq̄d dr̄ pfectū vel per se sufficiens nō simplr sed in suo gn̄e: qꝛ scꝫ a nullo sui generis excedit in pfectione: et hꝫ oīa requisita ad suā pfectionem essentialē. Istis notatis sit

Articulus secundus.

¶ Conclusio Prima. Felicitas obiectiua siue p̄rio mō siue scđo mō accepta ē bonū pfectū ⁊ ꝑ se sufficiēs. etiā p̄mo mō accipiēdo pfectū ⁊ ꝑ se sufficiēs. ptꝫ: quia felicitas obiectiua vl includit deum vel est ipse deus.

¶ Conclusio Scđa. Felicitas foīalis p̄mo mō accepta. s. collectiue est pfecta ⁊ ꝑ se sufficiens scđo mō: sꝫ nō p̄rio mō. Prima pars ptꝫ: qꝛ ponit hoīem in statu pfectissimo et sufficiētissimo ī hac vita mortali: igit. Scđa ps ptꝫ: qꝛ solus deꝰ est bonum perfectum et per se sufficiens primo modo: igit.

¶ Conclusio Tertia. Felicitas formalis secundo mō accepta scꝫ ꝓ opatōne hoīs pfectissima in hac vita est bonū pfectū et per se sufficiens aliquo istoꝝ quattuor modoꝝ. aut qꝛ ipa diuisa cōtra alia bona hūana est oīm illoꝝ sufficiētissimū. aut qꝛ ipa felicitas quo ad illud pp qđ est primaria intentōne appetibilis est ꝑ se sufficiēs. Ipa eīn cū sit finis vltimꝰ nō est primaria intentione nisi pp se appetibilis: vel qꝛ ipsa est ꝑ se sufficiēs ad reddendū hoīem bonū et optimū: lꝫ non sit sufficiens ad extrinsecum decoramentuꝫ. vel qꝛ ipa dei cōtemplatio (q̄ est felicitas) tantā ostendit delectationē in adeptione ipsius: ꝙ homo cetera bona paruifacit.

Articulus tertius.

¶ Dubitatur Primo vtrū illud sit eligibiliꝰ qđ est eligibile pp se tm̄: ꝙ illđ qđ est eligibile pp se ⁊ pp alterū. ¶ Et videt ꝙ nō: qꝛ qđ ē tantūdez ⁊ amplius eligibile est magis eligibile. sꝫ illđ qđ est pp se ⁊ pp alterū eligibile est tantūdē ⁊ amplius eligibile ꝙ illud qđ est eligibile pp se tm̄. ḡ est magis eligibile. ¶ Secūdo argr̄. deus est sūmū bonū: et tn̄ est eligibilis pp se ⁊ pp alterū. qꝛ vt dr̄ scđo celi. oē hūs opus est gr̄a ipius operis: ḡ illud quod est pp se eligibile nō est melius eo quod est pp se et pp alteruꝫ eligibile. ꝯn̄a tenet: qꝛ nichil est melius deo. ¶ In oppositū est aristoteles in primo ca. scđi tractatus. Pro solutione dubij est aduertendū ꝙ aliquid potest eligi siue appeti pp alterum duplr: ſm ꝙ duplex est finis. s. finis gr̄a cuiꝰ: ⁊ q̄ a cōmentatore vocatur finis primaria intentione. et talis finis est nobilior his que sunt ꝓpter ipm̄. Alius est finis quo siue secūdaria intentione. ⁊ talis non est nobilior his q̄ sunt ꝑ ipm̄. Aliquid etiam potest appeti siue eligi pp alterū primaria intentione duplr. Uno mō ſm appetitū recta rōne regulatum. Alio mō ſm appetitum distortū ⁊ nō recta rōne regulatum. ¶ Isto notato rn̄det ad dubiū per aliquot pūcta. ¶ Primū est. illud qđ est eligibile pp se est melius illo qđ est eligibile propter alterū solū. ptꝫ: qꝛ primū hꝫ de se aliquam rōnē bonitatis: secundū vero nō. ¶ Scđm punctū. illud qđ est eligibile pp se p̄maria intentione ⁊ nunꝙ pp aliud siue simplr siue in gn̄e est melius eo qđ est eligibile pp se et pp aliud. ptꝫ: qꝛ primū est vltimus finis q̄ melior ē medijs ordinatis in ipm̄. ¶ Tertium punctum. illud qđ ē eligibile ꝓpter se ⁊ pp aliud non diminuit in sua bonitate ꝑ hoc quod est eligibile ꝓpter aliud. patꝫ: qꝛ bonū additū alteri bono nō diminuit eiꝰ bonitatē. ¶ Quartum punctū. bonū eligibile pp se tm̄ non est oī bono eligibili pp se ⁊ pp alterum melius. ptꝫ: qꝛ idem est eligibile ꝓpter se ⁊ ꝓpter alterum secundaria intentione. ¶ Quintum punctū. ad intentionem phi est: ꝙ illđ qđ est eligibile pp se tm̄: meliꝰ est eo quod est eligibile pp se ⁊ pp aliud primaria intentōne ⁊ ſm appetitum regulatū. Et ꝑ hoc ptꝫ q̄d sit dicendum ad rōnes dubij.

Dupliciter aliquid pōt eligi ꝓpter alteꝝ secundum ꝙ duplex est finis

Responsio ad dubium

Dubiū scđm

¶ Dubitatur Secūdo vtrū ille qui cessat ab operatione in q̄ cōsistit felicitas cōpulsus necessitate naturali reddat miser. ¶ Et videt ꝙ sic qꝛ oīs status q̄ recedit a felicitate est status miserie. sꝫ status ille ē hmōi: igr̄. ¶ Scđo sic. talis nō est felix cuꝫ nō habeat formale felicitatis: ḡ est miser. ꝯn̄a tenet: qꝛ nō est dare mediū īter p̄uatiue opposita circa subiectuꝫ natū ⁊c. ¶ In oppositū ē: qꝛ felicitas ē bonū difficulter auferibile: ḡ nō pōt tam faciliter auferri. ¶ Pro solutōne dubij aduertendū est ꝙ miseria accipit duplr. Uno mō vt opponit ꝯrie felicitati. ⁊ sic ad esse miserum nō sufficit carere felicitate: sed cum hoc requirit ꝙ in ipo

Dupliciter accipit miseria

sit vicii. Alio mō accipit miseria priuatiue: scʒ ꝓ caren
Responsio ad dubium. tia felicitatis in subiecto apto nato. ¶ Isto notato dici
tur ad dubiū ꝙ cessans ab opatione in qua cōsistit feli
citas cōpulsus necessitate naturali non efficit miser: ca
piendo miseriā ꝯrie: lʒ reddatur miser accipiendo mise
riā priuatiue ꝓut negat actū et nō habitū. ꝓprie tn̄ ta
lis nō dʒ dici miser qui cessat a tali operatiōe cōpulsus
naturali necessitate ⁊ vt melius postea possit operari.
¶ Rationes dubij solute sunt ex dictis.

¶ Dubitatur Tertio vtrū multoꝝ delectatiōes sint ꝯrie? ¶ Et videt ꝙ nō: qꝛ dele
De cōtrarieta te delectatiōnū ctatio fm ꝙ hmōi est quoddā bonū: sʒ bonū nō ꝯriat bo
no: vt dꝫ in ꝑdicamētis. ergo delectationi nō ꝯriat delecta
tio. ¶ Scdo argr. tm̄ vnū vni est ꝯriū: sʒ delectationi cō
trariat tristitia: ergo delectatiōi nō ꝯriat delectatio. ¶ In
oppositum est phs in. vi. cap. scdi tractatus. ¶ Pro so
Duo requirūtur ad delectationem. lutione dubij est aduertendū ꝙ ad delectationē duo re
quirunt. s. conuenientis apprehensio ⁊ ipsius adeptio.
¶ Dubitatur primo. Utrum ex vnica operatione possit virtus moralis generari. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ scientia bene generatur per vnã demõstrationẽ. ergo a simili virtus moralis poterit per vnicam operationẽ generari. ¶ Secundo arguitur sic. virtus non potest pluries generari. ergo nõ generatur ex secunda et tertia operationibus. ex per consequens ex vnica generatur. ¶ In oppositū est phüs in primo libro dicens. ꝙ sicut vna irũdo non facit ver: nec vna pulchra dies facit estatem: sic nec vna operatio facit hominem studiosuꝫ. ¶ Pro solutione dubij est aduertendū ꝙ secundū aliquos virtus nõ est intensibilis nec remissibilis sed in indiuisibili consistit. de hoc tamen inferiꝰ videbitur. Secunduꝫ vero alios ipsa est diuisibilis. sed tamen non dicitur virtus nisi habeat esse perfectum ita ꝙ gradus precedentes non dicerentur nisi quedam dispositiones ad virtutem. Alij vero dicunt quẽlibet gradum virtutis esse virtutẽ sicut quilibet gradus albedinis est albedo. ¶ Ulterius aduertendū ꝙ tripliciter potest aliquis se habere ad virtutem: vno modo in dispositione valde remota. puta si sit iuuenis passionatus vel in vitijs habituatus: et talis vnica operatione non posset virtutem acquirere. quia propter necessitates naturales sicut est somnꝰ et comestio: talis operatio diu cõtinuari non posset: et ideo in illo requirerentur plures operationes quarū tamen vltima sola attingeret virtutem. alie vero ad ipsam disponerent. Secũdo modo posset quis se habere ad virtutẽ in dispositione satis ꝓpinqua. et tunc per intensam operationẽ et non p quãlibet posset sibi virtuteꝫ acquirere. Tertio modo potest quis se habere ad virtutẽ in dispositione ꝓpinquissima. ⁊ talis vnica operatiõe potest sibi virtutẽ acquirere etiã q̃tũcunq; parua pertinente tñ ad acquisitioneꝫ virtutis: Sed scđꝫ alios diceretur ꝙ quelibet operatio aliq̃d virtutis generat in subiecto disposito. solū tamẽ aggregatum ex oĩbus partibus diceretur virtus. Alij dicerẽt ꝙ per quãlibet operationẽ generatur aliqua partialis virtus in subiecto disposito. sed si subiectū non sit dispositum: prima operatio nulluꝫ gradū virtutis inducit: sed habitū ɔtrariū destruit. nec etiã scđa aut tertia quousq; subiectū sit omni cõtrario denudatū. Ex his patet quid sit dicendū ad dubium et ad eius rationes. Responsio ad dubium

¶ Dubitatur secundo. Utrū operationes precedentes virtutẽ et ille que a virtute procedunt sint eiusdẽ spẽi. ¶ Et arguitur ꝙ non: qꝛ iuste operari et non iuste operari: non sunt eiusdeꝫ speciei sed operari ante virtutem: est non iuste operari. quia licet quis sine iusticia possit iustum operari: non tamẽ iuste. Et post iusticiam operari: est iuste operari. ergo ille operationes non sunt eiusdem speciei. ¶ Secundo sic. opus bonum et non bonum: non sunt eiusdem speciei. Sed opus precedens virtutẽ: non est bonū. cum virtus habentem perficiat et eius opus bonū reddat. opus vero sequens virtutem est bonū: igitur tales operationes non sunt eiusdeꝫ speciei. ¶ In oppositū arguitur. quia vtreq; operationes sunt bone et virtuose. ergo sunt eiusdem speciei moris. ¶ Ad dubiū dicitur. ꝙ tam operationes immanentes ipsi voluntati. sicut sunt electiões. ꝙ operationes exteriores precedentes virtutem: sunt eiusdem speciei moris cū operationibus sequentibꝰ virtutem et hoc loquendo de operationibus exterioribus procedentibus ex electionibus rectis. quia ex vtrisq; illis operationibus causatur suo modo virtus. que non causatur nisi ex operatiõibus ẽm rectã rationẽ cõmensuratis. ¶ Et ad primã rationẽ dubij dicitur. ꝙ si per iuste operari intelligamus solū operari scđm iusticiam maior est falsa. si vero intelligamus eque cõsone ad rationem operari: sicut si scđm iusticiam operaretur. tunc concederetur maior ⁊ negaretur minor. ¶ Ad secundã dicitur. ꝙ virtus non reddit principaliter opus bonuꝫ: sed dispositiue. quia scꝫ determinat voluntatẽ ad semper bene eligere firmiter et prompte.

Dubiū scđm An actus ꝓducẽs habitū ⁊ actus ꝓductus ab eo sint eiusdẽ speciei.

Responsio ad dubium

Ad rões dubij

¶ Dubitatur tertio. Utrū virtus possit intendi ⁊ remitti. ¶ Et arguit̃ ꝙ non: qꝛ terminus virtutis cõsistit in indiuisibili. ergo virtus in indiuisibili cõsistit. Aũs probatur. qꝛ secundū phm pmo celi. virtꝰ determinatur scđm excellẽtie terminū. ¶ Secundo arguitur. q̃a si virtus intenderetur: hoc esset per actus ab ipa anima procedentes. sed hoc nõ: qꝛ tunc virtus intẽsa actꝰ intẽsiores ꝓduceret. q̃ iterū virtutẽ magis intẽderẽt: quousq; deuenirem ad supmũ gradū scꝫ hoc est falsū: igit̃. ¶ In oppositū arguit̃. qꝛ vnꝰ est altero temperatior: vel fortior: ergo virtus intendi potest

Dubiū tertiū. Anꝟtus possit itẽdi ⁊ remitti

¶ Pro solutiõe dubij supponitur primo: ꝙ omnis forma generabilis et corruptibilis cuius esse non consistit in indiuisibili: est intensibilis ⁊ remissibilis. Scðo supponitur ꝙ virtus potest sumi dupliciter. Uno modo proprissime. ⁊ tunc attenditur scðm excellentie terminum et cõsistit in indiuisibili. vt sanitas proprie dicta que est conuenientissima humorꝫ ꝑportio. ¶ Secundo modo accipitur latius pro oĩ habitu quo quis redditur promptus ad bene operandũ sicut sanitas interdum accipitur pro oĩ dispositione sub qua homo potest exercere operationem sibi naturaliter conuenientem.

Responsio ad dubium.

¶ Tunc dicitur ad dubium. Primo ꝙ virtus primo modo accepta si sit dabilis aliqua talis non est intensibilis/nec remissibilis: quia consistit in indiuisibili: non quia nõ habeat partes: sed quia ei non potest addi aliquid: nec ab ea aliquid auferri: ipsa remanẽte in tali excellentie termino. ¶ Dicitur secundo ꝙ virtus secũdo modo accepta est intensibilis et remissibilis. quia hoc modo non cõsistit ĩ indiuisibili: sed habet latitudinẽ.

Ad rões dubij

¶ Ad primã rationem dubij dr̃ ꝙ concludit pro primo dicto. ¶ Ad secundã dicitur. ꝙ actus intendunt virtutẽ: sed non sequitur ꝙ virtus intensa intensiores actus statim ꝓducat. quia virtus se sola non est causa actuũ sed cũ voluntate que quia carcere corporali detinetur nõ potest suã diu operationem continuare.

Ad rationes questionis.

¶ Ad rationes questionis. ¶ Ad primã dicitur ꝙ sicut in voluntate absq; operationibus exteriorib⁹ generari potest virtus imperfecta que inclinat ad bene operandũ. et non ad bene eligendum secundũ particulares circũstantias: ita sine operationibus exteriorib⁹: potest ars imperfecta generari: q̃ nõ reddit opus ad extra bonũ ꝑpter inabilitationẽ organorũ. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ ipsa bene probat ꝙ absq; operationibus exteriorib⁹ nõ potest in nobis generari virtus perfecta. sed non probat quin imperfecta ¶ Ad tertiam dicitur ꝙ non solum ex actibus exterioribus fit virtus: sed etiam ex actibus voluntatis.

Questio moralis.
Arguit̃ primo.

Queritur tertio. Utrum omnis virtus moralis sit circa delectationes ⁊ tristicias? ¶ Et arguitur ꝙ non. quia iusticia est circa operationes: sed delectatio et tristicia non sunt operationes: igitur.

Secundo.

Secundo sic. multas enumerat aristoteles in littera passiones: que sunt alie a delectationibus et tristicijs. et talium oportet esse aliquas virtutes moderatiuas. ergo alique sunt ỽtutes que nõ sunt circa delectationes et tristicias.

Tertio.

¶ Tertio arguitur sic. distinctio virtutum sumitur ex distinctione obiectorꝫ. ergo si omnes virtutes essent circa delectatiões et tristicias: virtutes non distinguerentur abinuicẽ. sed consequens est falsum: igitur. ¶ In oppositũ est phũs in tertio capitulo huius primi tractatus.

Articulus primo.
Quid delectatio. qd tristitia

¶ Sciendum est primo ꝙ secundũ albertum delectatio est diffusio ipsius appetitus: propter presentiam illius quod reputatur conueniens: vel propter absentiam illius quod reputatur disconueniens. Et tristitia est contractio appetitus ꝑpter contrarias causas.

Qualit̃ sensus aduerset̃ rõni.

Ulterius supponendum ꝙ pars sensitiua nata est aduersari rationi. vt supra dictum est. et hoc est. quia sensus nõ sufficienter potest discernere inter obiectum ei presentatum et ea que concomitantur ipsum. aut inter presens et futurum. ideo aliquãdo prosequitur presens sibi delectabile quod postea nocebit. intellectus vero considerans et preuidens illud allaturum sibi nocumentum: dictat ipsuꝫ esse fugiendũ quod sensus prosequitur. non sic tamen pars sensitiua aduersatur rationi: quin sit nata ei obedire ⁊ trahi ad sequendum ipsius iudicium. quandoq; tamen appetitus sensitiuus q̃ natus est sequi delectabile et fugere triste propter malam consuetudinem ita habituatus est insequẽdo delectabile et fugiendo triste secundum iudiciũ sensus: ꝙ nullatenus obedit iuditio rationis (si fuerit iudicio sensus contrarium) immo quod peius est obnubilat et peruertit rationem intantum ꝙ trahit iudicium eius ad iudicium sensus. quandoq; etiam per oppositam cõsuetudinem sicut in virtuosis ita trahitur ad rationem ꝙ non sistit in iudicio sensus. sed rationis iudicium expectat et insequitur.

Uirtus moralis triplicem hꝫ effectũ super sensum

Ex his videri potest quomodo virtus moralis triplicem habet effectum super appetitum sensitiuum. Primus est quia virtus refrenat ipsuꝫ appetitum ne nimis properanter sequatur iudicium sensus: sed expectet quid super hoc dictet ratio. Secund⁹ effectus est: quia determinat ipsum appetitum ad obediendum iudicio rationis. etiaꝫ si ipsa iudicia repugnẽt Tertius est quia moderatur in omni tempore delectationes et tristicias sensuales: ne possint trahere appetitum sensitiuum ad id quod iudicatur a sensu contra rationem. Et effectus oppositos habet vicium super ipm appetitum sensitiuum.

Duplex delectatio.

¶ Sciendum est secũdo ꝙ duplex est delectatio. scilicet ĩtellectualis (que causatur in voluntate mediante cognitione intellectiua) et sensualis (que causat̃ in appetitu sensitiuo ab obiecto sensibili mediante cognitione sensitiua) et de vtraq; istarũ dupliciter potest intelligi ꝙ virtus moralis sit circa delectationes. vno modo tanq̃ circa obiectũ. alio mõ per modũ sequele ita ꝙ delectatio nata sit sequi ad actũ virtutis. ⁊ similiter duplex est tristicia.

Articulus secundus.

¶ Conclusio prima. omnis virtus moralis est circa delectationes ⁊ tristicias per modum sequele. magis tamen circa delectationes: q̃ circa tristicias. Prima pars patet. quia omnis virtuosus in opere virtutis delectatur. ex quo apprehendit ipsum opus per modũ conuenientis et boni simpliciter. In omni vero impedimento ab opere virtutis/⁊ de omni opere vicioso tristatur. nam ipsum apprehendit per moduꝫ disconuenientis et mali simpliciter: igitur. Scða pars patet: quia virtus essentialiorem habet habitudinẽ ad actus proprios in quibus delectatur: q̃ ad impedimẽta illorum actuũ in quibus tristatur: igitur.

¶ Conclusio secũda. Uirtus moralis est circa delectatiões et tristicias sensuales nõ per modum sequele: sed potius per modum obiecti. patet quia illud se habet per modũ obiecti respectu virtutis: quod preuenit actum virtutis: et quod virtus reprimit et moderat. sed delectationes et tristicie sensuales preueniunt actum virtutis quia fiunt ab obiecto sensibili in appetitu sensitiuo. et virtus eas reprimit ne trahant appetitũ contra iudiciũ rationis: igitur.

¶ Conclusio tertia. Alique virtutes magis sunt circa delectatiões sensuales p moduꝫ obiecti: q̃ circa tristicias. alie magis circa tristicias q̃ circa delectationes. Prima pars patet de temperãtia. et secunda de fortitudine et iusticia.

Dubiũ pmũ. An virtutes sint impassibiles.

¶ Dubitatur primo. Utrũ virtutes morales sint impassibiles id est excludant passiones. ¶ Et arguitur ꝙ sic. quia passiones contrariantur virtuti. modo vnum contrarium non est perfectum: nisi tollatur aliud contrarium ab eodem subiecto: igit̃. ¶ Secundo arguitur. q̃to virt⁹ moralis plus excludit passiones: tãto est perfectior ergo perfectissima virtus

excludit omnes passiones. ¶ In oppositū ē aristoteles in tertio capitulo hui⁹ tractatus stoicos in hoc reprehē dens. ¶ Ad dubium dicitur primo ꝙ virtus moralis nō excludit omnē passionē. quia vt visum est: ad actum virtutis sequitur aliqua passio puta delectatio. Etiam virtus moralis non excludit suum obiectum. sed ipsa ē circa passiones tanꝙ circa obiectum saltem internū. ¶ Dicitur scđo ꝙ ipsa nō excludit oēm passionē penalē: qꝛ studiosus pōt mala pati puta iniuriā/ ꝛ plurib⁹ affici passionibus. ¶ Dicitur tertio ꝙ ipsa excludit omnem passionē culpabilē: qꝛ in studioso omnia cōsonant rati oni. ¶ Et ad primam rationē dubij dicitur ꝙ passiones moderate scđm rationis iudiciū nō cōtrariantur virtu ti. ¶ Ad secundem dicitur ꝙ virtus nō omnino abijcit passiones. sed solū eas temperat.

Responsio ad dubium.

Ad rationes.

Dubiū secūdum.

¶ Dubitatur scđo. Utrū diuisio eligibilis in bo nū cōferens ꝛ delectabile: sit bona Similiter diuisio fugibilis in malum nociuū/ et triste. ¶ Et arguitur ꝙ non: qꝛ bonū in plus est ꝙ eligibile cū bonum sit obiectum voluntatis. eligibile vero sit obiec tum vnius actus voluntatis solū. igitur. ¶ Secundo arguitur sic: conferens et delectabile continētur sub bo no. ergo non sunt distincta cōtra bonū. ¶ In oppositū est phūs in tertio capitulo hui⁹ primi tractat⁹. ¶ Pro solutione dubij supponitē primo. ꝙ hic nō capitur eligi bile ꝑprie. quia tunc sola media ad finē: essent eligibi lia. sed accipitur hic large pro omni appetibili. ¶ Scđo supponitur. ꝙ hic non capitē bonū large. prout est obie ctum adequatū volūtatis. vt bene probāt rationes an te oppositū dubij facte. sed accipitē specialiter pro bono honesto. ita ꝙ hec diuisio est similis illi: qua bonū in cō muni dividerē in honestū/ delectabile/ ꝛ vtile. Honestū autē dicitur dupliciē. vno modo principaliter et forma liter: ꝛ sic honestū ẜm tulliū est quod sua vi nos trahit: et sua dignitate nos allicit. et hoc modo felicitas ꝛ vir tutes sunt honeste. et ecōtra turpe est qđ deprauat ani mā vt viciū. Scđo modo dicitur honestū: quicquid ha bet attributionem ad honestuꝫ primo modo. Similiter turpe secundum attributionē: dicitur omne illud quod habet attributionē ad turpe primo modo siue ad viciū Utile autem: dicitur quod valet ad finem adipiscendū. Nociuū vero: quod obest ad finem acquirendū. Simi liter delectabile: est quod natū est delectationē causare et triste quod natū est tristiciaꝫ causare. Ex his patet ꝙ omne vtile: est ad aliquid vtile. Patet etiam ꝙ nichil simpliciter habet rationem vtilis: sed potius rationem nociui: nisi qđ ordinatē ad virtutē aut in opera ꝟtutū. ꝛ cum omne tale sit honestum: sequitur ꝙ omne vtile est honestū. et omne nociuū: turpe. Similiter sole delecta tiones studiosorū: sunt delectationes simpliciter/ et bo ne simpliciter. ita ꝙ delectationes proprie prauoꝝ non sunt simpliciter delectationes. sed male dispositio qua re omne delectabile est honestū. ꝛ sicut oīe vtile vel de lectabile est honestū. ita econuerso omne honestū est de lectabile/ et vtile. ¶ Tunc dicitur ad dubiū. ꝙ predicte diuisiones sunt bone diuisiones in membra distincta se cunduꝫ rationē et non scđm rem. patet ex dictis. ¶ Ad rationes dubij: patet quid sit dicendū.

Honestū dicitur dupliciē.

Utile.

Delectabile.

Dubium ter tium.

An sit difficilius pugnarē voluptati ꝙ ire.

¶ Dubitatur tertio. Utrū difficilius sit pugnare voluptati ꝙ ire. et verū virt⁹ et ars semp sint circa difficili⁹. ¶ Et arguitē primo cōtra pⁱmā partē. quia pugnare duobus vel tribus difficilius est ꝙ pugnare vni. sed qui pugnat ire pugnat duobus vel tri bus. quia ire est annexa tristicia/ et etiā delectatio. q̄ ve ro pugnat voluptati: pugnat vni tñ: igitur. ¶ Secūdo arguitur contra secundam partem. quia virtutis opera tio non est tristis: sed delectabilis. Nam primo hui⁹ di citur. nullus bonus: qui non gaudet bonis operationi bus. ergo non est difficilis. ꝯñs tenet: quia omne diffici le: est triste. ¶ In oppositū est aristoteles in quarto ca pitulo huius tractatus. Pro solutione dubij est aduer tendū. ꝙ quinqꝫ sunt cause difficultatis in refrenando passiones. ¶ Prīa est ex eo ꝙ passionis impetus est ve hementior et sic ceteris paribus: difficilius est resistere ire ꝙ voluptati. quia ira (que est ebullitio sanguinis cir ca cor) est voluptate vehementior. ¶ Secunda est: eo ꝙ passio est sensui vel appetitui sensitiuo magis connatu ralis et conueniens. et sic difficilius est pugnare volu ptati: ꝙ ire. ¶ Tertia causa est q̄a exercitiū operis (ad quod passio inclinat) facit passionis impetū fortiorem. et sic etiam difficilius est pugnare voluptati ꝙ ire. ¶ Quarta causa est quia quis in tali passione per fre quens exercitiū est magis habituatus. et sic etiā diffici lius est pugnare voluptati ꝙ ire. ¶ Quinta causa est. quia difficilius est pugnare passioni que clam et occul te aggreditur: ꝙ illi que notorie. et sic difficilius est etiā pugnare voluptati ꝙ ire. ¶ Ulterius aduertendū ꝙ in operationibus hūanis dupliciter potest prouenire dif ficultas. Uno modo ex parte materie circa quā est ope randum. Alio modo ex parte nostri et quia nos opera mur per intellectū/ et appetitū/ et organa: ideo ex parte triū pōt talis difficultas ꝑuenire. Primo ex parte ap petitus. qꝛ nō habet inclinationē ad talem operationē/ vel qꝛ habet inclinationē ad oppositum. Scđo ex parte intellectus. qꝛ de modo operandi: non habem⁹ sciētiaꝫ Tertio propter organa: quia ipa non sunt ad tales ope rationes abilitata. ¶ Tunc dicitur ad dubiū. primo ꝙ difficilius est pugnare voluptati ꝙ ire. patet satis ex di ctis. ¶ Dicitur scđo ꝙ operationes ꝑprie pertinentes ad artē/ vel virtutē: sunt difficiles ante acq̄sitionē artis vel virtutis. sed per artē/ ꝛ virtutē: efficiūtur nobis faci les. Prima pars patet: quia actus tēperantie sunt ho mini difficiles qnādo non est ad illos habituatus. Se cunda pars patet: quia post acquisitionē artis/ vel vir tutis: ipsi habitus facilitant ad operandum scđm eos. ¶ Et ad primā rationem dubij dicitur ꝙ q̄ñqꝫ vnuꝫ est fortius duobus. et precipue q̄ñ illa non sunt eiusdē spe ciei sicut vnus equus est fortior ꝙ duo canes. ¶ Ad se cundā dr. ꝙ virtutes siue earū operatiōes post acquisi tionē ipsarū virtutū sunt faciles. sed non ante acquisi tionem ipsorum habituum.

Quinqꝫ cause difficultatis in refrenādo pas siones.

Dupliē ꝑuenit difficultas.

Responsio ad dubium.

Ad rōes dubij

¶ Ad rationes ante oppositūꝫ questiōis. ¶ Ad primā dr ꝙ licet iusticia sit circa operationes cū hoc tamē est refrenatiua delectationū cōtrariarū. ¶ Ad secūdā dr ꝙ omēs passiones sunt de lectationes vel tristicie vel eis annectūtur delectatiōes vel tristicie. ideo dicit aristoteles in tertio capitulo pre sentis tractatus: omni aūt passioni et actui: sequitur de lectatio aut tristicia. ¶ Ad tertiam dicitur ꝙ huiusmo di delectationes et tristicie: non sunt obiecta principali ter distinctiua virtutū: sed ad eas se habent cōcomitati ue. sed de hoc magis in sequentibus.

Ad rationes q̄ stionis.

Post hec aūt quid est virt⁹ scru tandū: qꝛ igitē q̄ in aīa fiūt tria sunt/ passiones/ potētie/ ꝛ ha bitus. Horū vtiqꝫ aliquod erit virt⁹. dico autē passiones qui dem ꝯcupiscentiā/ irā/ timorē

Prima ꝯclo.

audaciã/inuidiã/gaudium/amicitiã/odiũ desiderium/zelum/misericordiã/et vniuersaliter quibus sequit delectatio vel tristicia Potẽtias autẽ secundũ quas passibiles horum dicimur. puta scdm quas potẽtes irasci vel tristari vel misereri. Habitus autẽ scdm quos ad passiões habem9 bñ vel male/puta ad irasci.siquidez vehementer vel remisse: male habem9.si autẽ medie: bñ.similiter autem et ad alia.

Secunda cõclo. Passiones quidẽ igit non sunt:neq; virtutes: neq; malicie.quoniã nõ dicimur scdm passiões studiosi vel praui.secũdum virtutes autẽ vel malicias dicimur. Et quoniã scdm passiões quidẽ neq; laudamur neq; vituperamur.nõ ei laudat qui timet neq; qui irascitur neq; vituperatur qui simpliciter irascitur sed qui qualiter.secũdũ virtutes autẽ vel malicias laudamur vel vituperamur. Adhuc autẽ irascimur & timemus quidẽ non sponte. virtutes autem electiones qdã vel nõ sine electione. Adhuc autẽ secundũ passiones quidẽ moueri dicimur.secundũ virtutes autẽ vel malicias nõ

Tertia cõclo. moueri sz disponi qualiter. Propter hec autem neq; potentie sunt.neq; enim boni dicimur pter posse pati simpliciter neq; mali neq; laudamur neq; vituperamur. Et adhuc potentes sumus natura. boni autem vel mali non efficimur natura. diximus autem de hoc prius.

Quarta cõclo correlaria. Si igitur neq; passiões sunt virtutes neq; potentie: relinquitur habitus eas esse. Quid quidem genere est virtus dictum est.

Iste est scds tractatus huius libri in quo phs ostẽdit quid est virtus. Et diuidit in quattuor capitula.q̃ videbuntur in processu. In primo inuestigat genus virtutis. et ponit quattuor pclones.

Prima conclusio elucidata. Prima cõclusio. virt9 est potẽtia/passio/vel habitus Probat phũs.quia omne principiũ actuũ humanorũ existẽs in aĩa:est passio/potẽtia/vel habitus. sed virtus est principiũ actuũ humanorũ existẽs in anima. vt pri9 patuit.ergo virtus est potentia/vel passio/vel habitus.

Que sunt passiones. Deinde declarat.p.pdictos terminos dicẽs q passiões sunt:ex quib9 delectatio vel tristicia sequtur. vt pcupiscẽtia/ira/timor/audacia/inuidia/ gaudiũ/amicitia/odiũ/desideriũ/zelus/et miã. Sed potentie sunt : scdm quas passibiles horum dicimur. vt sm quas potẽtes sumus irasci/tristari/vel misereri. habit9 vero sunt: scdm quos ad passiones habemus nos bene vel male : vt habitus secũdũ quos irascimur vehementer vel remisse sunt vicia. Ille vero scdm quez irascimur mediocriter: et scdm rectam ratioñe:est virtus.et sic de alijs. Passiones quidem.

Scda cõclusio elucidata. Scda conclusio. Virtutes et malicie non sunt passiones:probat phs quattuor ratõibus. Prima est Scdm passiones nos nõ dicimur boni vel mali sz scdm virtutes dicimur boni:et secũdũ malicias praui:igitur Et quoniã. Scda rõ. Scdm passiões nos nõ laudamur neq; vituperamur.sed scdm virtutes laudamur:et scdm malicias vituperamur.ergo virtutes et malicie nõ sunt passiones. Maiorem probat phs : quia non laudatur qui timet vel irascitur:neq; vituperatur qui simpliciter sed qui qualiter.i.aliqualiter puta quãdo opz et vt oportet et scdm rectam ratioñe & inclinatioñe virtutis. vel opposito modo scdm inclinatioñe habit9 mali. Adhuc autẽ. Tertia ratio. Passiones non sunt voluntarie sed virtutes:et malicie sunt voluntarie:cũ sint electiones quedã vel nõ sine electiõe. igitur. Adhuc autem. Quarta ratio. Scdm passiones mouemur sed scdm virtutes & malicias non dicimur moueri. sed qualiter.i.aliqualiter.puta bene vel male disponi:igitur.

Tertia cõclusio elucidata. Propter hoc aũt. Tertia conclusio. Virtutes & malicie nõ sunt potentie. Probat phũs duabus ratõibus. Prima est. Scdm potẽtias nos non dicimur boni vel mali:sed scdm virtutes et malicias nos dicimur boni & mali:igitur. Et adhuc. Scda ratio. Potentie insunt nobis a natura : sed virtutes et malicie non insunt nobis a natura:igitur.

Quarta pclo elucidata. Si igitur. Quarta pclusio. Virtus est habitus.probat: quia virtus est potentia/passio vel habitus. vt dicit prima cõclusio. et non est passio: vt ostẽdit scda cõclusio. nec potẽtia: vt ostendit tertia. ergo est habitus. Ex quo infert q ex dictis patet in quo genere est virtus. quia in genere habitus.

Oportet autẽ nõ solũz sic dicere qm habitus: sed & qualis qdẽ.

Prima diffinitio virtutis per modum conclusionis. Dicẽdũ igit qm virtus oĩs: cuius vtiq; fuerit virtus: & id bene habens perficit: et opus ei9 bonum reddit. puta oculi virtus: et oculum facit studiosũz: et opus eius bonũ. oculi enĩ virtute: bene videmus. similiter autem & eq virtus equum studiosum facit: et bonum ad currendum: et ferendum ascensorẽ: et expectandum bellatores. Si itaq; hoc in omnib9 ita se habet: et hominis virtus erit vtiq; habitus ex quo bonus homo fit: et a quo bene opus suũz reddit. Qualiter autem hoc erit iam quidẽ diximus.

Secũda pclo. Adhuc autẽ hoc erit manifestũ: si speculati fuerimus: qualis quidem est natura ipsius. In omni itaq; continuo et diuisibili: est accipere hoc quidẽ plus hoc autẽ minus. hoc vero equale. et hoc vel secundũ ipsam rem vel ad nos. equale autem medium quidẽ est superabũdantie: et defectus. Dico vtiq; rei quidẽ mediũ: qd equaliter distat ab vtroq; extremorum : quod est vnum: & idem omnibus. Ad nos autẽ: quod neq; abundat: neq; deficit. hoc autem est neq; vnum: neq; idem omnibus. puta si decem multa: duo autem pauca sex accipiuntur media secundũ rem: equaliter enĩ excedũt & exceduntur. hoc autẽ mediũ est secundũ arithmeticã pportionẽ. Quod aũt ad nos nõ ita sumendũ. non enim si alicui decẽ minas comedere multũ: duas aũt paucum. magister

sex minas precipiet. est ei hoc forsitan et multum sumenti vel paucū. Miloni quidē paucum. dn̄atori autē gymnasiorū multū. silr autē et in cursu et in palestra. Ita vtiqꝫ oīs sciens supabūdantiam et defectum fugit. mediū aūt q̄rit. et hoc desiderat. medium autē nō rei sed quo ad nos. ¶ Si vtiqꝫ oīs scīa sic opus bene pficit: ad mediū respiciens et in hoc ducens opera. Unde cōsueuerunt dicere bene habentibus operibus. qm̄ neqꝫ auferre est neqꝫ apponere. vt superabūdantia quidem et defectu corrumpēte. bn̄ medietate autē saluāte. Boni aūt artifices (vt diximus) ad hoc respicientes operā̄tur. virtus aūt omī arte certior et melior est. quēadmodum et natura. mediū vtiqꝫ erit cōiectatrix. Dico autem moralē hec ei est circa passiōes et opatōnes. In his autē est supabūdātia et defectus et mediū. puta et timere et audere et concupiscere et auerti et irasci et misereri et vlr delectari et tristari: est et magis et minus. et vtraqꝫ nō bn̄. qn̄ aūt opꝫ et i q̄bꝰ et ad quos et cuius grā et vt opꝫ. et mediū et optimū qd̄ est in virtute. Silr aūt et circa operationes est supabundātia et defectus et medium. virtus autem circa passiones et operationes est. In quibus autem supabundantia viciosa est et defectus vituperatur. mediū autem laudatur et dirigitur. hec autem ambo virtutis. medietas quedā igitur ē virtus cōiectatrix existēs medij. ¶ Adhuc peccare quidē multis modis dr̄. malū enim infiniti: vt pithagorici existimauerūt. bonū autem finiti. dirigere autē vno modo. Ideoqꝫ hoc quidem facile. hoc autem difficile. facile quidem non contingere signum. difficile autem contingere. et propter hoc malicie q̄dem superabundantia et defectus. virtutis autem medietas. boni quidem enim simpliciter. multifarie autem mali. ¶ Est ergo virtus habitus electiuꝰ in medietate consistēs quo ad nos determinata ratione: et vt vtiqꝫ sapiens determinabit. *[margin: Scd̄a diffinitio virtutis]*

Istud est secūdū capitulū huiꝰ secūdi tractatus in quo phs postq̄ inuestigauit genus virtutis: inuestigat drīas eius. Et diffinit virtutem duplici diffinitione. et fm̄ hoc capitulū cōtinet duas partes. In prīa ponit primā diffinitionē. In secūda secūdā. ¶ Primo q̄ ponit talē ɔclōnē. virtꝰ hoīs siue moralis est habitꝰ q̄ habētē pficit et eiꝰ opus bonū reddit. et hec est pma diffinitio virtutis. Probat eā .p. q2 oīs virtus pficit illud cuius est: et opus eiꝰ bonū reddit. q̄ virtus hoīs habētē pficit et eius opus bonū reddit. Aīās pbat phs inductiue. nam oculi virtus *[margin: Prima cōclō diffiniēs virtutem.]* facit oculū studiosum et eius opus bonū. q2 oculi virtute fit vt bene videamus. silr equi virtus reddit equū bonū ad currendū et ad ferendū ascensorē et ad expectandū bellatorē et sic de alijs. q̄ oīs virtus habentem pficit et eius opus bonū reddit. Et subdit .p. q2 qualr̄ hoc fit. i. q̄liter virtus reddit hoīem bonū: dictū est prius. s. in p̄cedēti capitulo et in secūdo capitulo primi tractatꝰ. ¶ Adhuc autem. Hec est scd̄a pars capituli in q̄ .p. inuestigat secūdā diffinitionē virtutis. et ponit duas conclusiones. ¶ Prima est. oīs virtus moralis est cōiectatrix medij. et solet cōmuniter sub his v̄bis poni. Omīs virtus consistit in medio. Pro cuius pbatione pmittit phs quinqꝫ. Primū est: q2 in oī cōtinuo et diuisibili ē dabile plus / minus / et equale. i. supabūdantia / defectꝰ et mediū. Secūdū est: q2 duplr̄ cōtingit accipere mediū scꝫ fm̄ naturā rei et quo ad nos. Tertiū est: q2 mediū fz rem est qd̄ eq̄liter distat ab vtroqꝫ extremorū. et illud est idem apud oēs. exemplificat: vt sex / sunt mediū fm̄ rē inter duo et decē. nam sex equaliter superant duo et superantur a decē. et sic mediū fm̄ rem sp̄ sumitur fm̄ pportionem arithmeticā. Quartū est: q2 mediū quo ad nos nō ita est sumendū. q2 non opꝫ si comedere decē minas sit multum. et comedere duas minas sit paucū: q2 cōedere sex sit mediū. nā cōedere sex eēt paucū milonis et nimis palestrite. et sic mediū quo ad nos attēdēdū est fm̄ rectam rōnem. puta fm̄ circūstantias psone / loci / tēporis et c̄. Quintū est: q2 oīs sciens scīētia opatiua: siue oīs artifex fugit omnē supabūdantiā et defectum et q̄rit et desiderat mediū. non rei: sed quo ad nos siue fz rectā rōnē. *[margin: Secūda cōclō de medio virtutis.]* ¶ Si vtiqꝫ. Hic phs pbat predictā ɔclōnē tribus rōnibꝰ. Prima est. si oīs scīa opatiua opus suū pficit pspiciēdo ad mediū oīs virtus moralis est cōiectatrix medij. sed oīs scīa operatiua pficit opus suū prospiciendo ad medium. s. fugiendo superabundātiam et defectum. ergo oīs virtus moralis est cōiectatrix medij. Maiorem pbat phs per locū a minori: quia virtus est omni arte certior et melior. queadmodum et natura: ex eo scꝫ q2 virtus determinate declinat ad bonū nature. Sed per artem potest homo bene et male operari: quia cōtingit male vti arte: nō autē virtute. Minorem pbat duplr̄. Primo. q2 oīs scīa opatiua deducit opus suum ad hoc. i. ad mediū. vt dicit quinta suppō. Secūdo probat idem p cōmune dictū. solet enī dici de operibꝰ recte factis: q2 nichil potest eis addi vel minui. hoc est q2 non supabūdant nec deficiūt. q̄ oīs ars pspicit ad medium inueniendum et ad fugiendum supabundantiā et defectum. ¶ Dico autē. Secūda rō. In passionibus et operationibus est supabundantia et defectus vituperabilis et mediū laudabile. sed virtus est circa operationes et passiones: igit̄ virtus est cōiectatrix medij. Maiorem pbat exemplariter: q2 contingit magis et minus audere et timere concupiscere / et auerti / irasci / et misereri / et vlr delectari / et tristari qn̄ opꝫ / et in q̄bus opꝫ / et ad q̄s et cuius grā et vt opꝫ. et hoc est mediū et optimū quod ē a virtute. q̄ in passionibus et opationibus est supabundantia et defectus vituperabilis et mediū laudabile. *[margin: Probatio pcedentis elucidata.]* *[margin: Auctoritas.]* ¶ Adhuc aūt. Tertia rō. Facile est peccare. difficile vero bene agere. q̄ malicia est supabūdātie et defectus operatrix. et virtꝰ cōiectatrix medij. Cōsequētia pbat. q2 sicut cōtingere signū est difficile / et deuiare facile: sic attingere mediū / est difficile: et aberrare supabūdādo et deficiēdo facile. Aīās pbat .p. q2 cōtingit peccare mltis modis. bn̄ vero agere nisi vno mō. qd̄ pbat auctoritate pithagoricorū q̄ ponebāt infinitū in coordinatione malorū: finitū vero in coordinatiōe bonorū. Et cōfirmat .p. p̄dictā *[margin: Auctoritas.]*

rõnem. quia boni dicuntur simpliciter. i. vno modo. mali vero multipharie. i. multis modis. ¶ Est ergo virt⁹. Hic phs concludit scdam diffinitionẽ virtutis. que talis est.

Secunda diffinitio virtutis

Virtus est habitus electiuus in medietate consistens q̃ ad nos: determinata ratione et vt vtiq̧ sapiẽs determinabit. Hanc conclusionem ꝓbabit phs in sequẽtib⁹.

Prima ɔclusio

Medictas autẽ duarũ maliciarũ: hui⁹ quidẽ scdꝫ supabũdãtiam. huius autẽ scdm defectũ. ¶ Et adhuc hinc has quidẽ deficere. has aũt supabundare ab eo qđ opꝫ et in passionib⁹ ꝛ in operationib⁹. virtutẽ autẽ mediũ et iuenire et eligere. ¶ Propter qđ scdm substãtiã quidẽ et rõnẽ quid ẽ eẽ dicentẽ: medietas est ꝟtus. scdm optimũ

Scda ɔ̃clusio

Tertia conclo

autẽ et bñ: extremitas. ¶ Non autẽ suscipit oĩs opatio: neq̧ oĩs aĩe passio: medietatem quedã eni cõfestim noĩata: cõuoluta sunt cũ malicia. puta gaudiũ de malo. inuerecũdia inuidia: et in opationib⁹ quidẽ adulterium/ furtũ/homicidiũ. hec eni oĩa ꝛ que talia sũt dicuntur secundum seipsa mala esse. sed non solum supabundantie ipoꝝ neq̧ defectus non est igit vnq̧ circa hec dirigere: sed semper peccare. neq̧ est bene vel nõ bñ circa talia in eo quod vt opꝫ et qñ et quõ. puta adulterari. sed simpliciter facere quodcũq̧ horum: peccare est. ¶ Simile igitur attribuenti et circa iniusta facere et timere et incontinentem esse: esse medietatem et superabundantiã ꝛ defectum. erit eñ sic superabundãtie et defectus medietas. et superabundantie: superabundãtia. et defectus defectiõis. ¶ Queãdmodum igit tẽperãtie et fortitudinis nõ est superabundantia et defectus ꝓpter medium esse aliqualiter extremũ. Ita neq̧ illoꝝ medietas: neq̧ superabundantia et defectus. sed vt vtiq̧ operatum est: viciosum est. Uniuersaliter ergo neq̧ superabundantie: neq̧ defectus medietas est. neq̧ medietatis superabundantia et defectus.

Istud est tertium capitulũ huius scdi tractatus in quo phs declarat scdam diffinitionẽ virtutis in generali. et ponit tres ɔclones. ¶ Prima est. Uirtus est medietas duarum

Prima conclo elucidata.

maliciarũ. ꝓbat duab⁹ rõnib⁹. ¶ Prima est. q2 virtus est medietas vnius malicie p supabũdãtiã/ et alteri⁹ p defectũ. igit est medietas duarũ maliciaꝝ. ¶ Et adhuc. Scda rõ. Uirtus est inuentiua et directiua mediĳ scdm rõnem inter supabũdantiam et defectũ in passionib⁹ ꝛ opationib⁹: igit ẽ medietas duarũ maliciarũ. virt⁹ autẽ p tãto dr inuẽtiua mediĳ: q2 inclinat volũtatẽ ad ĩperãdũ inuẽtionẽ mediĳ. Et dr eligere mediũ: q2 cõcurrit cũ

Secũda ɔ̃clusio elucidata

volũtate ad electionẽ mediĳ. ¶ Propter qđ. Scda cõclusio. Uirtus nõ solũ est medietas duarũ maliciarũ: sꝫ etiam est extremitas earũ. ꝓbat. p. q2 virtus scdm substãtiam et rõnem dicentem quid est esse: est medietas maliciarũ. sed scdm optimũ ꝛ bene est extremitas. qđ sic põt intelligi. Uirtus diffinitione q̃ ondit q̃ res est puta scdã eius diffinitione: diffinit per istũ terminũ medietas quia virtus est medietas inter duo vicia quibus opponitur oppõne mediĳ ad extremũ. sed virtus sub rõne optimi. i. finis et bñ disponẽtis: est extremitas. hoc est. virtus prima eius diffinitione diffinit per istũ terminũ bonũ. qui opponitur tanq̧ extremũ extremo huic termino malũ. ¶ Non autẽ. Tertia cõclusio. Non omĩs opatio vel passio anime: habet medietatem laudabilem. probat tribus rõnibus. ¶ Prima rõ est. Nam alique sunt passiones et operationes circa quas non contingit recte agere: sed semp peccare. in quibus non reperit bonitas: sꝫ qualitercũq̧ fiãt: semp ĩ eis repit malicia. ergo nõ

Tertia cõclusio elucidata

oĩs opatio vel passio aĩe: suscipit medietatem laudabilem. antecedẽs ꝓbat. p. q2 quedã confestim noĩata: cõuoluta sunt cũ malicia. Exẽplificat de passiõib⁹. vt gaudiũ de malo. inerecũdia. inuidia de opatõnib⁹: vt adulteriũ. furtum et homicidiũ. hec eñ scdm se mala sunt. ꝛ nõ solũ scdm supabũdantiã et defectum. ¶ Simile igit. Secũda rõ. Si oĩs opatio vel passio haberet medietatem: sequeretur q̧ circa iniusta facere timere et incontinẽtẽ eẽ: eẽt dare mediũ/supabũdantiã/et defectum. sed ɔ̃ns est falsum. q2 tũc supabũdãtie: eẽt supabũdãtia. et defectionis: defectus: igit. ¶ Queãdmodũ. Tertia rõ. Tẽperantie et fortitudinis aut alicuius alterius virtutis: nõ est supabũdantia et defectus. ergo nec predictoꝝ viciorũ est medietas laudabilis supabũdãtie et defect⁹. añs ꝓbat. q2 tũc mediũ esset aliq̃liter extremũ. Et cõfirmat phs. q2 qualitercũq̧ ista fiant: semp erũt viciosa. ergo ĩ eis non est medietas laudabilis. Ex quibus infert q̧ neq̧ supabũdantie aut defectus: est medietas. neq̧ medietatis supabundantia aut defectus.

Oportet autem nõ solum vlr dici: sed in his q̃ sunt scdm singula aptare. In ĳs eñi (qui circa operatõnes sunt) sermonibus: vles quidẽ inaniores sunt. particulares autẽ veriores. circa singularia eñi operationes. oportunũ aũt in his cõcordare. sumẽdũ igit hoc ex descriptione. ¶ Circa timores ergo et audacias: fortitudo medietas: superabũdãtiũ autẽ qui quidẽ ĩ intimiditate: innoĩatus est. multa autẽ sunt ĩnominata. qui autẽ ĩ audere superabũdat audax. q̃ vero in timere quidẽ supabũdat: ĩ audere autẽ deficit: timidus. ¶ Circa delectationes autẽ ꝛ tristitias non oẽs. minus autẽ et circa tristicias medietas quidẽ tẽperãtia superabũdãtia vero intẽperãtia. deficiẽtes autem circa delectatiões: nõ multũ fiunt. ꝓpter quod nomen et isti non sunt sortiti. sunt autem insensibiles. ¶ Circa dationem autẽ pecuniarũ et acceptionẽ medietas quidẽ liberalitas. superabundantia autẽ ꝛ defect⁹: ꝓdigalitas et illiberalitas. cõtrarie autẽ et he superabũdãt et deficiunt. ꝓdigus quidẽ eñi tributiõe superabũdat. in acceptiõe aũt

Auctoritas

De fortitudine ꝛ vicĳs oppositis.

De temperãtia et vicĳs oppositis

De liberalitate et vicĳs oppositis.

deficit. Illiberalis aūt in acceptiōe supabū
dat. in tributione vero deficit. Nunc qdem
igit typo et in capitulo dicimus cōtenti hoc
ipo. posterius autē certius de his determia
bit. ¶ Circa pecunias autē et alie dispōnes
sunt. medietas qdē magnificētia. magnific⁹
enim differt a liberali: hic quidē ei circa ma
gna. hic aūt circa parua. supabūdātia autez
apirolzalia et banausia. defect⁹ vero parui
ficētia. differūt autē he ab his q circa libera
litatē. quomō aūt differūt: posterius dicet.

De magnificētia et vicijs oppositis.

¶ Circa honorē qdē et inhonoratiōnē me-
dietas quidē magnanimitas. supabūdāna
autē caumotes qdā dicta. defectio autē pu
sillanimitas. Sicut autē dicimus hře ad ma
gnificentiā liberalitatē circa parua differen
tē: ita hz qdā et ad magnanimitatē circa ho-
norē cxistētē magnū. hec aūt circa paruū ex
istētē. est enī vt opz appetere honorē et ma
gis q̄ opz et minus. dr aūt qui supabūdat q
dē desiderijs philotimus. q aūt deficit aphi
lotim⁹. medius autē inoīatus ē. inoīate aūt
et dispōnes. veruntū philotimi philotimia.
Vn̄ ptēdunt extremi de media regiōe. nos
autē et qñq3 mediū philotimū vocamus. est
aūt qñ aphilotimū et est qñ laudamus phi-
lotimū. est autē qñ aphilotimū. ppt quā au
tem cām hoc facimus in his q deinceps dice
tur. nūc aūt de reliquis dicam⁹ scđm enarra
tū modū.

De magnanimitate et vicijs oppositis.

¶ Est autē et circa irā supabūdan
tia et defectus et medietas. fere autē inoia-
tis exn̄tibus ipis: mediū mānsuetū dicentes:
medietatē mānsuetudinē vocam⁹. Extremo
rū autē q quidē supabūdat iracūdus sit. ma
licia autē iracūdia. qui autē deficit: inirasci-
bilis qdē. defectio aūt iirascibilitas.

De mānsuetudine et vicijs oppositis.

¶ Sūt
autē et alie tres medietates hñtes qdē quā
dam sīltudinē ad inuicē. differētes vero ab
inuicē. oēs quidē sunt circa verbor et opatio
nū cōionem. differūt autē qm̄ hec quidem ē
circa verū qđ est i ipis. hec aūt circa delecta
bile. huius autē: hec quidem in lusu. hec aūt
in oībus q scđz vitā. dicēdum igit de his: vt
magis cognoscamus qm̄ i oībus medietas
est laudanda. extrema autem neq3 recta ne
q3 laudabilia: sed vituperabilia sunt. Sunt
quidē et horū plura inoīata. tentandū autē
quod in alijs: ipis noīa fingere manifestati-
onis gra et boni quod cōsequit.

De tribus virtutibus circa sbonū et operationū cōmunicationem

¶ Circa ve
rū quidē igit medius quidem verus quis. et
medietas veritas dicatur. fictio autem que
quidē ad maius iactantia. et qui hz eā iacta-
tor. que autem ad minus: ironia. et iron. Cir
ca delectabile autem quod quidem in ludo.
medius quidem eutrapelos et dispositio eu
trapelia. supabundantia autez bomolochia.
qui aūt hz eā bomolochus. qui autē deficit:
agricos quis et habitus agrilzia.

De veritate et vicijs oppositis.

De eutrapelia et vicijs oppositis.

Circa reli
quū aūt delectabile quod in vita: qui quidē
delectabilis est vt opz: amicus. et medietas
quidem amicitia. qui autem superabūdat: si
quidem nullius gratia: placidus. si autē vti
litatis alicuius sui: blanditor. qui autem de
ficit et in oībus: idelectabilis / litigiosus qs
et discholus.

De amicitia et vicijs oppositis.

¶ Si autem in passionib⁹ et in
his q sunt circa passiōes medietates. vere-
cūdia quidem enim virtus nō est. laudat et
et verecūdus. et in his enim hic quidem dr
medius. qui aūt supabūdat cataplex: q oēs
verecundantur. qui autē deficit vel nequaq̄
verecūdat: inuerecundus. medius autē ve
recūdus. Nemesis autē medietas inuidie et
epichartolzalzie. sut aūt circa tristicias et de
lectationes in his q accidūt pximis factas.
Nemesiticus ei qdē tristatur de indigne bñ
operātibus. Inuidus aūt supexcedēs hunc
in oīb⁹ tristatur. epichartolzalzus autē tātū
deficit a tristando vt et gaudeat. sz de his q-
dem igitur alias tempus erit.

De passionib⁹ laudabilib⁹ et extremis eius

¶ De iusticia
autem quia non simplr dicitur: post hec diui
dentes de vtraq3 dicemus qualiter medie-
tates sunt. Similiter autē et de rationalib⁹
virtutibus.

De excusat. de iusticia.

Istud est quartū capitulū hui⁹ secūdi tracta
tus in quo phs ostēdit specialiter et inductī-
ue vnāquāq3 virtutē moralē consistere i me-
dio. Et pmo hoc facit q̄tum ad opationes.
secundo q̄tum ad passiones. et adhuc primo ponit ta-
le preambulū: q non solū expedit dicere virtutem esse
medietatem: sed etiā fm singula aptare. i. īductiue hoc
in singulis virtutibus ostēdere. pbat phs: q2 circa ope
rationes hoc est in scientijs opatiuis (cuiusmodi ē ista
scia) sermones vl'es sunt inaniores: particulares vero
veriores. g nō solum vl'iter sed etiā particulariter osten
dendū est virtutem eē medietatē. Scđs pbat. q2 opatio
nes sunt circa singularia. g oportunū est et cōueniens q
sermones de opabilibus sint particulares et ipis opabi
libus cōcordantes. et p ɔñs in sciētijs opatiuis sermo-
nes vl'es sunt saniores. i. minus vtiles ad dirigendum
opus. vel sunt saniores. i. minus veri et plures patien-
tes instantias. particulares vero veriores. i. pauciores
patiētes instātias. et sic qđ dictū est i vl'i de virtute sumē
dū est ex descriptōe circa singulas virtutes. ¶ Circa ti-
mores. Hic ondit. p inductiue: quō singule virtutes sūt
i medio duarū maliciarū. s. supabūdātie et defectus. di-
cēs q medietas circa timores et audacias ē fortitudo. su
pabūdātia aūt in nō timēdo: est inoīata. multa aūt sunt
innomīata: tam in extremis q̄ in medijs. aut quia raro
talia reperiunt. aut q2 hoīes ad ea nō aduertūt q̄re non

Preambulum elucidatum

De fortitudie et extremis ei⁹

curant eis nõia imponere. Supabũdãtia aũt in audendo dr̃ audacia. supabũdantia vero in timẽdo / ⁊ defect⁹ in audendo: dr̃ timiditas. Quis autẽ supabũdãtia ĩ nõ timendo possit dici intimiditas: tñ illud nomẽ nõ ei cõuenienter appropriat̃. nam fortitudo bene dicit̃ intimiditas. et fortis ĩtimidus. Differt autẽ hoc viciũ ab audacia. nã hoc viciũ est passio illius q̃ nullũ periculum timet / nec tñ aggredit̃. ita ꝙ habens hoc viciũ: deficit ĩ timendo et in aggrediendo. et talis raro inuenit̃. Audacia vero sup hoc addit irrõnabilẽ aggressũ periculorũ.

De tẽperãtia: ⁊ extremis ei⁹

¶ Circa delectatiões. Hic dicit aristoteles ꝙ tẽperãtia est medietas circa delectationes ⁊ tristicias / nõ oẽs: sʒ solũ circa delectatões ⁊ tristicias gustus ⁊ tactus. ⁊ minus circa tristicias: ꝙ circa delectationes: viciũ vero ꝑ supabũdãtiã ei oppositum: dr̃ intemperantia. viciũ autem ꝑ defectũ nõ hʒ nomẽ impositũ. quia pauci circa delectationes deficiũt. tales tñ dici possunt insensibiles. et viciũ insensibilitas.

De liberalitate ⁊ extrẽis ei⁹

¶ Circa datiõnẽ. Dicit phs ꝙ circa mediocres sumptus: medietas dr̃ liberalitas. supabũdantia vero ꝓdigalitas. et defectus illiberalitas. Et subdit. p. ꝙ ꝓdigus et illiberalis ꝯrio mõ supabundant et deficiũt. q̃ ꝓdigus supabundat in dãdo / et deficit in accipiendo. sed illiberalis supabundat in accipiendo / ⁊ deficit in dando. Subdit vlterius ꝙ ea q̃ nũc de his dñr: figuraliter et sũmarie traduntur: postea vero de ĩpis certius ⁊ exactius determinabit̃.

De magnificẽtia ⁊ extrẽis ei⁹

¶ Circa pecunias. Hic dt. p. ꝙ circa pecunias ꝑter predictas sunt alie dispõnes. vna media / et due extreme. ⁊ medietas dicit̃ magnificentia. supabũdantia vero apirokalia ⁊ banausia. et defectus paruificentia.

Dñt magnificentia et liberalitas.

Et differt magnificus a liberali: q̃ magnificus ẽ circa magna. puta magnos honores siue circa magnas et arduas adinistratiões. liberalis aũt circa parua. differt etiã dispõnes extreme vnius: ab extremis dispõnibus alterius. quõ aũt differũt: posterius dicet̃.

De magnanimitate.

¶ Circa honorẽ. Dicit ꝙ circa honorẽ et inhonoratiõnẽ sunt due medietates. Una circa magnos honores: q̃ dr̃ magnanimitas. ⁊ viciũ ei ꝑ supabũdãtiã oppositũ: dr̃ caunotes. defectus ꝟo pusillanimitas. Alia vero medietas est circa mediocres honores. ⁊ se hʒ ad magnanimitatẽ circa magnos honores existentẽ. sicut liberalitas q̃ ẽ circa paruos sumpt⁹: ad magnificẽtiã q̃ est circa magnos. Et ꝙ sit aliq̃ talis virtus circa paruos honores: ꝓbat. q̃ cõtingit appetere paruos honores vt opʒ. ⁊ magis et minus q̃ opʒ. q̃ aũt supabundat in appetẽdo hmõi honores: dr̃ philotimus. medius vero est ĩnoĩatus. ⁊ dispõnes. i. hitus extremi ĩnnoiate. Uerũtñ fingẽdo noĩa: dispositio philotimi dr̃ philotimia. siue accipiat̃ ꝓ medio siue pro extremo: et dispositio aphilotimi: aphilotimia. Et q̃ mediũ est inominatũ. iõ extremi. i. viciosi in appetẽdo mediocres honores: cõtendunt de media regione id ẽ de medio. ita ꝙ vterq̃ extremoꝝ: dicit se tenere mediũ. ꝑꝑ qḋ etiã cõtingit ꝙ nos q̃nq̃ mediũ dicim⁹ philotimũ: q̃nq̃ ꝟo aphilotimũ. ⁊ q̃nq̃ loudamus philotimũ: q̃nq̃ vero aphilotimũ. quare aũt hoc accidit ꝑostea dicet̃. De reliq̃s autem virtutibus idẽ ostendamus: scʒ ꝙ cõsistant in medio: scdm enarratũ modũ. s. tipo ⁊ summarie.

De mansuetudine.

¶ Est autem. Dicit phs ꝙ circa iram / sunt medietas: supabundantia: et defectus. sʒ fere sunt innoĩata. medi⁹ tñ dicit̃ mansuetus: ⁊ medietas mansuetudo. extremoꝝ vero q̃ supabũdat: dr̃ iracũdus. et malicia iracũdia. q̃ aũt deficit: inirascibilis. ⁊ defectio inirascibilitas.

¶ Sũt autẽ. Hic dt. p. ꝙ circa verboꝝ et operationũ cõicationẽ: sunt tres virtutes. q̃ vident̃ quãdã hr̃e siĩtitudinẽ. sũt tñ differentes. Una ẽ circa manifestationẽ vel occultationẽ eorũ que in nobis aut circa nos sunt vel nõ sunt. ⁊ dr̃ veritas. et habẽs eam verus.

De veritate.

Fictio vero q̃ est ad maius id est supabũdantia ei opposita dr̃ iactantia: et habens eam iactator. fictio autẽ que est ad minus. i. defectus ei oppositus dr̃ ironia. et q̃ hʒ eã: iron siue ironicus.

De eutrapelia.

Alia est circa delectationẽ que est in ludo siue in ioco. ⁊ dicit̃ eutrapelia. et habẽs eã eutrapelus. et supabũdantia ei opposita: bomolochia: et qui hʒ eã: bomolochus. et qui deficit: agricus. et ei⁹ habitus: agrikia.

De amicitia.

Tertia est circa delectationem in colloquio et cõuictu: et dr̃ amicitia et q̃ hʒ eã amicus. qui aũt supabũdat (si nullius vtilitatis grã) dr̃ placidus. si vero alicuius vtilitatis grã: blanditor. q̃ aũt in oĩb⁹ deficit: indelectabilis / litigiosus / et discholus dr̃.

De passiõib⁹ laudabilib⁹.

¶ Sunt aũt. Hec est scḋa pars capituli ĩ qua ostẽdit phs ꝙ in q̃busdam passionibus est medium laudabile: et extrema vituperabilia. qḋ declarat de verecũdia et nemesi dicẽs ꝙ verecũdia nõ est virt⁹: sʒ passio laudabilis q̃ est medietas. scʒ cũ q̃s verecũdat̃ vbi opʒ q̃ oportet ⁊ sic de aliis. et supabũdans dr̃ cataplex et q̃ deficit inuerecũdus. Nemesis est passio laudabilis qua q̃s tristat̃ cũ indignus ꝓmouet̃. et inuidia est viciũ ꝑ supabũdantiam quo q̃s tristat̃ siue digni siue indigni ꝓmoueãt̃. viciũ vero ꝑ defectũ dr̃ epichartokakia quo quis nedũ de nullo tristat̃: verũ etiã gaudet in maloꝝ ꝓsperitatibus. Sed de his alibi determinandum scʒ in scḋo rhetorice.

¶ De iusticia. Hic excusat se phs de iusticia quare non ostendit qualiter sit mediũ dicẽs ꝙ q̃ iusticia nõ dr̃ simpl'r. i. vno modo sʒ dupl'r. s. de iusticia distributiua et de cõmutatiua. ideo de his dicetur in quinto qualiter sunt medietates. Similiter de virtutibus rationalibus id est intellectualibus dicetur in sexto libro.

Questio moralis.

Querit̃ vtrũ virtus sit habit⁹ in medietate cõsistens?

Arguit̃ p̃mo.

¶ Et argr̃ p̃mo ꝙ nõ. q̃ virt⁹ est potentia. ḡ nõ est hitus. Añs p̃ʒ ꝑ phm primo rhetorice dicentẽ: ꝙ virtus est potentia acq̃situa bonorũ et cõseruatiua.

Secundo.

¶ Secũdo argr̃. magnanimitas ⁊ magnificentia sunt virtutes: et tñ non cõsistunt in medio: sed in extremo: igit̃.

Tertio

¶ Tertio argr̃. sicut est de virtute intellectuali: ita est de morali. sed virtus intellectualis nõ cõsistit in medio. ḡ nec virtus moralis.

¶ In oppositum est aristoteles in scḋo capitulo scḋi tractatus.

Articulus p̃mus.

¶ Sciendum est ꝙ tria sunt in aĩa ẽm partem appetitiuã q̃ sunt principia actuũ humanoꝝ. s. potẽtia / passio / et hitus. Scḋm autẽ eustracium passio est motus appetitus sensitiui in fantasia boni vel mali. Per primã partem p̃ʒ ꝙ actus potentiarũ apprehẽsiuarũ nõ dñr ꝓprie passiões. P̃ʒ scḋo ꝙ act⁹ appetitus ĩtellectiui scʒ volũtatis nõ sunt ꝓprie passiones. q̃ non fiunt mediãte organo corporali. etiã in operatiõe volũtatis hõ nõ agit̃ tanq̃ patiens: sed agit tanq̃ dñs sui actus. P̃ʒ tertio ꝙ virtutes nõ sunt passiones q̃ nõ sunt motus appetitus sensitiui. Sed hic accipit̃ a phõ largius passio ꝓ motu appetit⁹ siue sensitiui siue intellectiui ex apprehẽsione delectabilis vł tristabilis ꝓueniente iudiciũ rõnis et liberã determinationẽ volũtatis. Sed potẽtie (vt dt phs) sunt ẽm quas passibiles hoꝝ. i. passionũ dicimur. et nõ diffinit̃ hic potẽtia ĩ tãta sui cõitate: sed vt ꝑtinet ad virtutes morales et ad passiones ꝑdictas circa quas sunt virtutes morales ⁊ malicie. Istarũ aũt potẽtiarũ dicte passiones sunt actus ꝓprii. ideo ꝑ illos bñ describit̃. Ex quo p̃ʒ ꝙ virtutes nõ sunt potẽtie: q̃ ẽm potentias absolute nõ dicimur boni vel mali: neq̃ laudamur neq̃ vituperamur. ẽm vir-

tutes aũt laudamur. habitus vero dicunť ſm quos ad passiones habemus nos bene vel male. vt ſi q̃s vehemẽter iraſcať: male ſe hȝ circa irã. ſi vero mediocriť: bñ et ſic de alijs. Et nõ diffiniť etiã hic habit⁹ in tota ſui cõmunitate: ſed ſolũ habitus morales qui ſunt circa paſſiones prius diffinitas.

Articulus ſecundus.

¶ Concluſio reſpõſiua. virtus eſt habit⁹. Probatur q̈: predicta diffinitio habit⁹ ei cõuenit. cũ ſm virtutẽ ad bñ agendũ inclinemur. pꝫ etiã ex expõne textus.

Articulus 3ᵘˢ Dubiũ ꝓmũ. an ꝟtus cõſiſtat in medio quo ad nos

¶ Dubitatur Prĩo vtrũ virtus cõſiſtat in medio quo ad nos. ¶ Et argᷣ prĩo ꝯ̃ ſuppoſitũ. q̈: bonũ extreme opponiť malo. ſꝫ virt⁹ hȝ rõnẽ boni. ꝰ hȝ rõnem extremi et nõ medij. ¶ Scđo arᷣ ꝙ nõ cõſiſtat in medio quo ad nos. q̈: mediũ quo ad nos eſt valde variabile. virtutes autẽ nõ ſunt variabiles: cum ſunt ꝑmanentiores diſciplinis: vt ſupra dictũ eſt: igitur ¶ Et ꝯ̃firmať: q̈: ſicut eſt de iuſticia: ita videť eẽ d̃ alijs ſed iuſticia tenet mediũ rei: igᷣ ⁊ alie ꝟtutes. ¶ In oppoſitũ eſt ariſtoteles in iſto ſcđo tractatu. ¶ Pro ſolutione dubij eſt aduertẽdũ: ꝙ hic accipiť mediũ ꝓ eo qđ mediat inter ſupabũdãtiam ⁊ defectũ. qđ ſcꝫ nec excedit nec deficit. Et tale eſt duplex. quoddã eſt mediũ rei.

Duplex medium.

aliud eſt mediũ quo ad nos. Et virtutẽ cõſiſtere in medio quo ad nos pt intelligi dupľr. Uno mõ ꝯ̃ſiderando virtutem ſm ſuam ſubſtantiã. Alio mõ cõſiderando eã ſm ſuã bonitatem. Nam lꝫ virtuti ſm ſuã ſubſtantiam cõueniat bonitas tranſcẽdẽs: nõ tñ bonitas moralis. ſꝫ hec ei cõuenit ab extrinſeco. ſ. ſm ꝙ ipa vel ei⁹ opatio ẽ cõformis recte rõni. Et adhuc vtroꝗ̃ iſtoꝝ modoꝝ dupliciter pt intelligi virtutẽ eſſe in medio. Unõ mõ ꝙ ſit medietas ĩter habitus extremos. Alio mõ ꝙ ſit medietas inter paſſiones extremas.

Drĩa inť medũ rei et mediũ q̃ ad nos

¶ Ulterius aduertẽduꝫ ꝙ triplex eſt drĩa ĩter mediũ rei ⁊ mediũ q̃ ad nos. Prima eſt: q̈: mediũ rei attendiť ſm equalẽ diſtantiam ab extremis: ſiue ſm ꝓportionẽ arithmeticã. ſed medium quo ad nos attendiť in cõparatione ad nos. q̈: ſcꝫ nec excedit nec deficit nobis. Scđa drĩa eſt. q̈: mediũ rei ẽ idẽ apud oẽs: nõ aũt mediũ quo ad nos. vt comedere decẽ minas eẽt mediũ apud milonẽ. nõ autẽ apud magiſtrũ gymnaſioꝝ. Tertia drĩa eſt. q̈: mediũ rei hȝ determinata extrema. nõ autem mediũ quo ad nos: niſi q̃ ad nos ſolũ.

Duplex proportio.

¶ Aduertendũ ꝑterea ꝙ duplex ſolet poni ꝓportio. ſ. arithmetica ⁊ geometrica. proportio arithmetica attendiť penes equalitatem q̈titatũ. ſed ꝓportio geometrica attendiť penes equalitatem ſiue ſĩlitudinẽ ꝓportionũ. in qua ꝓportione vnũ excedit ⁊ aliud excedituꝛ ſm eãdem ꝓportionem: lꝫ non ſm eandem q̈titatẽ vt ſex mediant inter nouẽ et quattuor ſm ꝓportionem geometricã: q̈: vtrobiꝗ̃ eſt eadem ꝓportio. ſ. ſeſquialtera. in qua maius cõtinet ſemel minus et mediã ei⁹ ptẽ: ſed ſex mediãt inter q̈ttuor ⁊ octo ſm ꝓportionẽ arithmeticã. q̈: ſex excedunť ab octo in duob⁹ ⁊ excedũt q̈ttuor in duobus. nõ eſt tñ eadem ꝓportio vtrobiꝗ̃. quia ſex ſe hñt ad quattuor in ꝓportione ſeſquialtera. ſꝫ octo ſe hñt ad ſex in ꝓportione ſeſquitertia. in qua maius cõtinet ſemel minus et tertiã ei⁹ partem.

Rñſio ad dubium.

¶ Iſtis notatis reſpõdeť ad dubiũ ꝑ quiꝗ̃ ꝓpões. ¶ Prĩa ꝓpõ. Uirtus ſm rõnem bonitatis ei attributam non conſiſtit in medio. pꝫ ꝑ ꝓmã rõnem dubij. ¶ Scđa ꝓpõ. virtus nõ eſt mediũ paſſionũ vel opationũ ſm ſuam ſubſtantiam Patꝫ: q̈: mediũ ſic acceptũ eſt de gñe extremoꝝ. virt⁹ autem non eſt de gñe paſſionũ vel opationũ: igᷣ. ¶ Tertia ꝓpõ. virtus eſt medium paſſionũ vel operationum obiectiue. ad hunc ſenſum: ꝙ ipſa eſt circa medias paſſiones vel operationes. pꝫ: q̈: virtus eſt circa paſſiões ⁊ opatiões in q̈bus habem⁹ nos bene: ſꝫ ſolũ habemus nos bñ circa paſſiones vel opationes medias ⁊ nunꝗ̃ circa extremas: igiť. ¶ Quarta ꝓpõ. virtus accepta ſꝫ ſubſtantiã eſt mediũ duarũ maliciaꝝ. pꝫ: q̈: virt⁹ eſt rectitudo appetitus eũ ſit directiua appetitus in ſuis operationibus ſm dictamẽ recte rõnis. vicia autẽ ſunt tãꝗ̃ obliquitates ⁊ tortuoſitates ipſius. ſed rectitudo ẽ mediũ inter curuitates: igᷣ. ¶ Quinta ꝓpõ. oĩs virt⁹ moralis q̈tum ad ſuam bonitateꝫ cõſiſtit in medio quo ad nos et nõ in medio rei. niſi cõtingat idẽ eſſe mediũ q̃ ad nos ⁊ mediũ rei: pꝫ ſatis ꝑ ariſtotelem in lr̃a.

Ad rões dubij

¶ Ad ꝓmã rõnem dubij dᷣ ꝙ cõcludit ꝓ prima ꝓpõne. ¶ Ad ſcđam dᷣ ꝙ lꝫ operationes ſint multũ variabiles q̈tuꝫ ad ſuam ſubſtantiam: non tamen in ordine ad rectam rationem. cui oẽs conformanť. ¶ Ad cõfirmationẽ dᷣ ꝙ iuſticia cõſiſtit in medio quo ad nos. vt videbitur in quinto libro.

Dubiũ ſcđm An ꝟtutes diſtinguãtur per obiecta.

¶ Dubitatur Secũdo vtrũ morales virtutes diſtinguãť ꝑ obiecta. ¶ Et argᷣ primo ꝙ nõ. q̈: ſi ſic ſequeretur ꝙ circa cibũ ⁊ potũ ⁊ mulieres nõ eſſet eadẽ virt⁹. nec circa oues ⁊ boues. ſꝫ ꝯ̃ñs eſt falſum: igᷣ. Et prima ꝯ̃ña pꝫ: q̈: illa differũt ſpecie et falſitas pꝫ: q̈: circa prima eſt temperantia: ⁊ circa ſecunda iuſticia. ¶ Secundo argᷣ. virtutes diſtinguũtur ſeipſis. ꝰ non ꝑ ſua obiecta. ¶ In oppoſitum videť eẽ ariſtoteles in quarto caplo hui⁹ ſcđi tractat⁹. ¶ Pro ſolutione dubij aduertendũ: ꝙ quidam diſtinxerũt virtutes morales ſm quoſdã modos gñales ad quos oẽs virtutes reducunť. et ſic locuti ſunt tullius et ſeneca de virtutibus ponentes q̈ttuor virtutes quas cardinales appellamus et alias ſub eis cõtineri. Sed licet iſte q̈ttuor inter morales ſint ꝑcipaliores: alie tñ ſub eis nõ continentur. vt ſpecies ſub genere cum habeant obiecta et actus ꝓprios diſtinctos ab obiectis et actib⁹ illarũ. Alij dicunt: ꝙ ſm diſtinctionẽ paſſionũ (quas obiecta innata ſũt inferre appetitui) accipiť virtutũ diſtinctio. q̈: nõ ad aliud indigemus virtutib⁹: niſi ad hmõi paſſiões moderandas et earũ impetus illicitos refrenandos. Alij dicũt ꝙ penes extrinſecoꝝ obiectorũ totaliũ diſtinctionem ſufficiẽter accipi põt moraliũ virtutũ diſtinctio. et iſti dicũt ꝙ ipẽ circũſtantie actuũ nõ primo et de ſe virtuoſoꝝ ſunt obiecta partialia actuum primo et de ſe virtuoſoꝝ cuiuſmodi ſunt actus volũtatis. ⁊ iõ ſicut iſti actus prĩo virtuoſi vel vicioſi ſufficienter diſtinguũtur ꝑ ſua obiecta totalia: ita etiam eoꝝ habitus per ipa obiecta ſufficienter mediate vel ĩmediate diſtingui pñt. et vterꝗ̃ iſtoꝝ modoꝝ videť ꝓbabilis. Alij dicunt ꝙ quedam virtutes ſufficiẽter diſtinguũtur ꝑ obiecta. alie ꝑ paſſiones non ꝑ obiecta. alie vero a q̈buſdã ꝑ iſta et ab alijs ꝑ illas.

Opĩo doctoris

Michi aũt breui⁹ videť eẽ dicendum ꝙ q̈lꝫ moralis virtus a qualꝫ ſufficienter diſtinguiť extrinſece ⁊ arguitiue ꝑ ſuũ obiectũ totale. ⁊ ſub obiecto totali comprehendo non ſolum ipſum extrinſecũ materiale obiectum ſꝫ et ipm actum exteriorem cũ ſuis circũſtantijs. ⁊ obiectum intrinſecum: puta ipas paſſiões Probatur ſic. quia potentie ⁊ habitus diſtinguũtur ꝑ actus: et actus ꝑ obiecta. ſed oĩa predicta cõcurrunt et ſufficiunt ad diſtinctionem actuum primo virtuoſoruꝫ ꝰ et ad diſtinctionem ipoꝝ habituũ. ¶ Ad rationes dubij patet quid ſit dicendum.

Dubiũ tertiuꝫ de diuiſiõe virtutum.

¶ Dubitatur Tertio vtrũ virtutes morales ſufficiẽter enumerenť a pħo in textu. ¶ Et videť ꝙ nõ. q̈: prudẽtia eſt virt⁹ moralis. de q̃ tñ nullã facit hic ꝑ mentionẽ: igiť. ¶ Scđo ſic. cõtinẽtia

et pseuerantia sūt virtutes et nō enumerātur hic a pħo igit. ¶ In oppositū argr: q2 aristoteles in quarto cap. hui⁹ scōi tractatus ,ppoīt se ꝫ singulas virtutes ostē

Responsio ad dubium. surū virtutē moralē cōsistere ī medio: igit. ¶ Ad dubiū dr ꝙ virtutes morales sufficiēter sūt enumerate a pħo

Diuisio ɔtutū. ꝑm diuisionē cōiter fieri cōsuetā. Probat sic. nā oīs virtus moralis versat circa bonū vtile aut delectabile vel honestū: aut circa mala eis opposita (cū oīs virtus moralis sit habitus electiuus: et oē eligibile est sub ratiōe vtilis/honesti/aut delectabilis eligibile) Si autē versetur circa vtile: hoc cōtingit dupl'r. aut circa vtilia cōia: ꝛ sic est iusticia. aut circa ,ppria vtilia siue circa proprias pecunias. et hoc dupl'r. aut simpliciter et absolute siue circa mediocres diuitias tm̄: ꝛ sic est liberalitas. vl' secūdū qd ꝛ cū quadā excellētia siue arduitate puta circa magnos sumptus ꝛ arduas administrationes ꝛ sic est magnificentia. Si aūt sit circa bonū honorabile siue honestū: hoc est dupl'r. aut circa mediocres honores: et sic est philotimia. vel circa magnos honores: et sic est magnanimitas. Si vero circa delectabile: hoc cōtingit dupl'r. aut priuatiue aut positiue. Si priuatiue: hoc est dupl'r. aut circa mala ,puocātia ad irā: ꝛ sic est mansuetudo. aut circa terribilia ꝛ tristabilia afferētia mortē: et sic est fortitudo. Si vero positiue sit circa delectabile: hoc est dupl'r. aut circa delectabilia simpl'r: aut scōm qd ad vitam necessaria: ꝛ sic est tēperātia. aut circa delectabilia ī cōuersatiōe hūana. ꝛ hoc contingit tripl'r. aut circa manifestationē vel occultationē eoꝝ q̄ in nobis sūt aut non sūt: ꝛ sic est ɔ̄itas. aut circa delectationē ī iocoꝝ sic est eutrapelia. aut circa delectationē ī collo̗q̄o ꝛ ɔuictu ꝛ sic ē amicitia q̄ alio noīe dr affabilitas. vtrū aūt hmōi virtutes vel earū noīa sint spēs specialissime: dubiū est. Quidā eñ dicūt ꝙ sic. Alij vero dicūt ꝙ sūt spēs subalterne ꝛ nō specialissime. ꝛ hoꝝ opinio videt verior. prīa autē opinio nō videt ,pbabilis nisi accipiendo noīa collectiue. vt videbit in sequentib⁹: et maxime de fortitudine ꝛ iusticia. ¶ Ad pmā rōnem dubij patebit solutio in sexto libro. Et ad secundā in septimo.

Ad rationes q̄stionis. ¶ Ad rationes ante oppositū questiōis. ¶ Ad pmā dr ꝙ aristoteles accipit ibi potentiam large ,put se extēdit tā ad principiū principale q̄ instrumētale opationis. ¶ Ad scdam dr ꝙ licet magnificētia ꝛ magnanimitas nō cōsistāt in medio ꝑm substantiā: cōsistūt tn̄ in medio ꝑm rōnē ꝛ quo ad nos. ¶ Ad tertiā dr ꝙ virtus intellectualis cōsistit ī medio q2 est circa verū qđ est mediū duarū falsitatū. Et si dicatur ꝙ verū tenet alterū extremū ɔ̄dictionis cōtra falsuꝫ cōcedit. et vlterius dr ꝙ extrema ɔ̄dictiōis nō sūt extrema positiua: ſꝫ sūt extrema ꝑm affirmationē ꝛ negationē eiusdē de eodē. mō cōstat ꝙ de medio p̄t negari extremū ꝛ eꝫ. iō vna pars ɔ̄dictionis fundari pōt sup mediū positiuū: altera fundata sup extrema. sicut pꝫ de equali et nō equali. equale eñ est mediū: nō eq̄le vero dr de maiori et de minori q̄ sunt extrema. Aliter dr ꝙ nō est sic de virtute intellectuali ꝛ morali: q2 ꝑm aliā et aliā rōnē habitus intellectualis dr veridicus siue assentiu⁹ veroꝛ ꝛ habitus moralis dicitur bonus.

Prima ɔclusio. TRibus autē dispōnib⁹ existentibus: duab⁹ qdē malicijs: hac quidē scōm supabūdantiā hac aūt scōm defectū. vna aūt virtute medietate: oīs oībus opponitur aliqualiter. extreme quidem eñi et medie adinuicem cōtrarie sunt. media autē extremis. Quēadmodū enim equale ad minus quidem maius: ad maius autē minus. ita medij habitus ad defect⁹ quidē supabūdant. ad supabūdantiā autē deficiūt. ꝛ ī passionibus et in opationibus. Fortis eī ad timidū quidem audax videt. ad audacē autē timidus. sil'r autē ꝛ temperatus. ad insensibilem quidē intēperatus. ad intemperatum aūt insensibilis. liberalis aūt ad illiberalem quidem ,pdigus. ad prodigū aūt illiberalis. ¶ Propter qđ ,pijciūt mediū extremi alter ad alterū. ꝛ vocāt fortē timidus qdē audacē. audax aūt timidū. ꝛ in alijs ,pportionaliter. ¶ Si autē oppositis adinuicē his maior Secūda ɔclu

cōtrarietas est extremis adinuicē q̄ȝ ad mediū. longius eñi hec distāt abinuicē q̄ȝ a medio. quēadmodū magnū a paruo ꝛ paruuꝫ a magno q̄ȝ ābo ab equali. ¶ Adhuc ad mediū quidē q̄busdā extremis sil'itudo q̄dā videtur. vt audacie ad fortitudinē. et ,pdigalitati ad liberalitatē. extremis autē adinuicē plurima dissil'itudo. q̄ aūt plurimū distāt abinuicē ɔtraria determināt. quare magis cōtraria q̄ plurimū distāt. ¶ Ad mediū autem Tertia c

opponit in his quidē magis defectio. in his autē supabundātia. puta fortitudini quidē nō audacia supabundātia existēs: ſꝫ timiditas defectus existēs. tēperātie aūt nō insensibilitas defectus existēs: ſꝫ intēperātia superabūdātia existens. ,ppter duas aūt cās hoc cōtingit. vna quidē q̄ est ex ipa re. in essendo eī similius ꝛ proximius alterū extremoꝝ medio. nō hoc qdem sed ɔtrariū opponimus medio magis. puta ꝙ similius eē videt fortitudini audacia ꝛ proximius et dissimilius timiditas: hanc magis opponim⁹. distantia eni plus a medio: cōtraria magis eē vident. vna quidem igitur cā hec ex ipsa re. ¶ Alia autem ex nobisipsis. ad q̄ eni ipi magis nati sumus: aliqualiter hec magis cōtraria medio videntur. puta ipsi magis nati sumus ad delectatiōes. ideo facilius mobiles sumus ad intemperantiam q̄ȝ ad temperantiā. hec igitur magis cōtraria dicimus: ad q̄ augmentum magis fit. ꝛ propter hoc intemperātia supabūdantia existens: magis contraria est temperantie.

ISte est tertius tractatus huius libri: in quo pħs determinat de oppōne ɔtutū ꝛ viciorū. Et diuidit ī duo capl'a. In pmo facit qđ dictū est. In scōo ɔ̄o docet ɔ̄uenire mediū ɔtutis. In pmo ponit tres ɔclones. ¶ Prima est: cū sint tres habitus prima ɔclu sio eluc

duo scʒ viciorꝫ per excessum ꝛ defectū et vnus virtutis: quilibet cuilibet aliqualiter opponitur. Et dicitur notāter aliqualiter: ad ostendendū diuersitatem oppositionis medij ad extrema et oppositionis extremoruʒ inter se. Probat philosophꝰ. Et primo ꝙ extremi habitꝰ opponātur medio et econuerso duabus rationibus. ꝙ autem extremi habitus opponantur inter se: ostendet sequens conclusio. ¶ Prima ratio est. sicut equale comparatum ad minus dicitur maius: ꝛ cōparatū ad maiꝰ dicitur minus: ita medius habitus cōparatus ad habitum deficientē dicitur superabundans. et cōparatꝰ ad superabūdantē dicit̄ deficiens. ergo extreme dispositiones. i. extremi habitus cōtrariātur medie ꝛ econuerso. Antecedens declarat phūs exēplariter. qꝛ fortis in cōparatione ad timidū dicitur audax. cōparatus vero ad audacem dicitur timidus. Similiter tēperatus cōparatus ad insensibilē dicitur intēperatus. et cōparatus ad intēperatuʒ dicitur insensibilis. et similiter liberalis in ordine ad illiberalē dicitur ꝓdigus. ꝛ in ordine ad prodigum illiberalis. ¶ Propter quod. Secūda ratio. habētes vicia extrema proiciūt mediū alter ad alterꝫ. igitur extrema opponūtur medio. Antecedēs probat exēplariter. qꝛ timidus vocat fortē audacē. audax vero vocat ipsum timidū. et sic in alijs: igitur. ¶ Si autem. Secunda conclusio q̄ est declaratiua prime. Extrema magis ꝯtrariātur inter se ꝙ ad mediū. Probat phūs duabus rationibus. ¶ Prima est. quia extrema plus distant a seinuicē ꝙ a medio. ergo magis contrariātur sibiinuicem ꝙ medio. Antecedens declarat exemplariter quia plus distat magnū a paruo et econuerso ꝙ vtrūqꝫ eorum ab equali. ¶ Adhuc ad medium. Secūda ratio quorūdam extremorꝫ ad mediuʒ aliqua est similitudo. vt audacie ad fortitudinem. et ꝓdigalitatis ad liberalitatem. sed extremoruʒ inter se plurima est dissimilitudo. ergo extrema plus cōtrariantur adinuicē ꝙ medio. Consequentiam probat phūs. quia contraria determinantur: id est diffiniūtur que plurimū abinuicē distant. ergo magis cōtrario sunt que magis distant. ¶ Ad medium. Tertia cōclusio. In aliquibus medio magis opponitur defectus ꝙ superabundantia. in alijs vero econuerso. Exēplificat. vt timiditas que est defectus magis opponitur fortitudini ꝙ audacia que est superabūdantia. ꝛ intēperantia q̄ est superabundātia magis opponitur tēperantie ꝙ insensibilitas que est defectus. Probat philosophus conclusionē duabꝰ rationibꝰ. ¶ Prima (vt dicit philosophus) sumitur ex parte rei: id est ex natura extremorꝫ ꝛ mediȷ. quia inter duo extrema illud est magis cōtrarium medio quod est ei dissimilius ꝛ ab eo magis distās. et illud minus qđ est ei similius ꝛ proximius. Sed in aliquibus vnū extremorꝫ est dissimiliꝰ medio ꝛ magis distans ꝙ alterum. igitur ꝛc. Maioreʒ probat phūs. quia plus distantia a medio: cōtraria magis esse videntur. Minorē declarat exēplariter de fortitudine ꝛ audacia. ¶ Alia autem. Secunda ratio sumitur ex parte nostri: quia illud extremū ad quod naturaliter sumus magis inclinati: est magis contrarium medio. Sed in aliquibus ad vnum extremum magis inclinati sumus ꝙ ad alterum. ergo in aliquibus vnū extremum magis contrariatur medio ꝙ alterum. Maiorem autem probat philosophus. quia ab illo ad quod sumꝰ naturaliter magis inclinati: cū maiori difficultate recedimus tendendo ad medium. et facilius recedimus a medio ad illud. vt quia sumus naturaliter inclinati ad delectationes: ideo facilius tendimus ad intemperantiam ꝙ ad insensibilitatem. igitur et cetera.

Secūda conclusio elucidata

Tertia cōclusio elucidata

Quoniā quidē igit̄ est virtꝰ moralis medietas ꝛ qualit̄ ꝛ quoniā ē medietas maliciarꝫ duarum. huiꝰ quidē scđm supabūdantiā: huiꝰ aūt scđm defectū et quoniam talis est qꝛ cōiectatrix mediȷ est quod est ꝛ in passiōibus ꝛ operatiōibus sufficienter dictū est. ¶ Ideo ꝛ difficile est studiosum esse. in vnoquoqꝫ eī mediū accipere difficile. puta circuli medium nō cuiuslibet sed scientis. Sic aūt et irasci quidem cuiuslibet et facile et dare argentum ꝛ consumere. cui autē: et q̄ntum: ꝛ qñ: et cuiꝰ gratia: ꝛ qualiter nō adhuc cuiuslibet nec facile. quod bene est et rarū ꝛ laudabile ꝛ bonum. ¶ Propter quod oportet coniectantem mediū: primum quidem recedere a magis contrario. quēadmodum ꝛ Calypso monebat hoc. Extra fumū quidem et vndā custodi nauē. Extremorū enim hoc quidē est peccatū maius. hoc autem minus. quia igitur medium attingere summe difficile. scđm secundā autē nauigationem aiunt minima sumenda malorꝫ. hoc autem erit maxime hoc modo quo diximus. ¶ Intendere autem oportet ꝛ ad que ipsi facile sumus mobiles. alij enim ad alia apti nati sumus. hoc autem erit notū ex delectatione et tristicia facta circa nos. In cōtrarium autem nosipsos attrahere oportet. multū enim abducentes a peccando in medium veniemus. quod tortuosa lignorū dirigentes faciunt. ¶ In omni aūt maxime obseruandum delectabile et delectationē. non enim nō accipientes iudicamus eam. quod igitur plebis senes patiebantur ad Helenā hoc oportet pati ꝛ nos ad delectationem: ꝛ in omnibus illorum dicere vocem. sic igitur abijcientes eam: minus peccabimꝰ. hoc igitur facientes (vt in capitulo dicamus) maxime poterimus medium adipisci. ¶ Difficile autem forsitan hoc. et maxime in singularibus. non enim facile determinare qualiter ꝛ quibus et in qualibus et q̄ntum tempus determinandum. etenim nos quandoqꝫ quidē deficientes laudamus et mansuetos dicimꝰ quandoqꝫ autem grauantes: viriles vocamus. Sed qui quidem parum a bene transgreditur: non vituperatur neqꝫ ad maius neqꝫ ad minus: sed qui plus. iste enim nō latet. hic autem vsqꝫquo et inq̄ntum vituperabilis non facile sermone determinare. neqꝫ enim aliud aliquid sensibilium. talia autem

Prima cōclusio de difficultate accipiendi medium.

Documēta ac capiēdi mediū

Primum documentum

Secundum

Tertium.

Secūda cōclusio

in singularibus et in sensu iudicium. hoc quidem igitur tantum ostendit: quoniam medius habitus in omnibus laudabilis. ¶ Declinare autem oportet quandoqꝫ quidez ad superabundantiam. quandoqꝫ autem ad defectum. sic enim facile medium et quod bene adipiscemur.

Quartũ documentum.

Istud est secundũ capitulũ hui⁹ tertiũ tractatus: in quo philosophus ponit duas conclusiones cũ quattuor documẽtis ad mediũ virtutis adipiscendũ. Et primo recapitulat quedam prius dicta dicens: ꝙ sufficiẽter dictũ est ꝙ virtus moralis est medietas ꝛ qualiter. quia quo ad nos. et ꝙ est medietas duarũ maliciarũ: scilicet superabũdantie et defectus. et ꝙ est cõlectatrix mediũ circa passiones et operationes. ¶ Ideo et difficile. Prima cõclusio. Difficile est hominẽ esse studiosum. Probat phũs. q2 oĩs studiosus debet tenere mediũ in passionibus et operationibus. Sed difficile est in vnoquoqꝫ accipere mediũ ergo difficile est hominẽ fieri studiosum. Minorẽ ꝓbat per simile quia sicut accipere mediũ circuli nõ est cuiuslibet sed scientis: scilicet geometre. sic licet irasci sit cuiuslibet et dare argentum et cõsumere. irasci tñ sive dare cui oportet / ꝙtum oportet / qñ / cuius gratia / ꝛ qualiter oportet / rarum est ꝛ difficile: igitur. ¶ Propter qđ. Hic ponit phũs quedã documẽta contra difficultatem adipiscendi mediũ virtutis. ¶ Primũ est. volens accipere mediũ virtutis debet primũ recedere ab extremo magis contrario ipsi medio. Probat philosophus dupliciter. Primo auctoritate Calypsonis monẽtis. Extra fumũ et vndã custodi nauẽ. id est a fluctibus ꝛ nebulis tanꝙ a maximis periculis. nã fluctus subuertũt nauem: et nebule impediũt nautarũ aspectũ. Secũdo probat idem ratione. q2 cũ mediũ attingere sit summe difficile: ꝑm secundã nauigationẽ minima malorꝫ accipiẽda sunt. sed minima malorꝫ accipiemus recedendo ab extremo magis cõtrario ipsi medio: igitur. Minorẽ probat phũs. quia extremorꝫ vnũ est peccatũ maius scilicꝫ illud quod magis cõtrariatur medio. et aliud peccatuz minus. illud scilicet quod similius est medio. Prĩa aũt nauigatio dicitur cũ in mari nichil dãni aut mali suscipitur. Secunda vero dicitur cũ pro salute aliqđ dãnum incurrit. Ideo si recedẽdo a viciis assequeremur mediũ esset quasi prima nauigatio. Si vero recedẽdo ab extremo magis cõtrario ipsi virtuti: incidam⁹ in viciũ oppositum: erit veluti secũda nauigatio. ¶ Intẽdere aũt. Secundũ documentũ. volens assequi mediũ virtutis: debꝫ considerare in quod extremũ est pronior. et ab illo in cõtrariũ se magis retrahere. Et subdit phũs signũ per qđ possumus cognoscere ad quod viciũ sumus proniores dicens ꝙ ad illud viciũ sumus proniores in cuius opere magis delectamur. Probat philosophus predictuz documentũ dupliciter. Primo rõne. q2 multũ recedendo a peccãdo in mediũ deuenim⁹: igitur volens mediũ attingere debet summe a vicio ad qđ est pronior recedere. Secundo probat a simili: q2 rectificãtes tortuosa ligna: flectũt ea in oppositã partẽ. ergo similiter volẽs accipere mediũ ꝟtutis debet ab extremo ad qđ magis inclinatur in contrariũ se retrahere. ¶ In omni aũt. Tertium documentũ. In oĩbus maxime cauendũ est a delectatione eã abiiciendo et fugiẽdo. Probat phũs. quia de delectatione cogitantes: eam capimus. ergo eam respuendo ꝛ abiiciendo minus peccabim⁹. Ideo queãdmodum senes plebis troiani se habebant ad helenã nolentes eam videre: sed dicentes abiiciatur. ita debem⁹ nos habere ad delectationẽ: ꝛ eorum voce vti dicentes abiiciatur. ne immorando circa eam: ab ea capiamur.

Prima conclusio elucidata

Primũ documentum elucidatum.

Secunduz documentum.

Tertiuz documentum

¶ Difficile autem. Secunda conclusio. cum in omnib⁹ adipisci medium sit difficile: hoc maxime est difficile in singularibus. Probat philosophus tripliciter. Primo q2 difficile est determinare qualiter et ex quibus et qualibus et ꝙtum tempus determinandum sit. que tamen omnia ad mediũ inuentionẽ sunt necessaria: igitur. Secundo probat. nam quandoqꝫ laudamus eos qui min⁹ irascuntur ꝙ oportet: et dicimus eos mansuetos. quãdoqꝫ vero laudamus eos qui plus irascuntur: et vocamus eos viriles. igitur ꝛc̃. Tertio probat philosophus quia qui parum transgreditur mediuz: aut in plus aut in minus non vituperatur: sed qui multum et manifeste transgreditur. Sed non est facile sermone determinare ꝙtum et vsqꝫ quo liceat recedere a medio. quia hoc est circa singularia. ergo in singularib⁹ maxime est difficile adipisci medium. ¶ Declinare autem. Quartum documentum est. volentem assequi medium oportet aliquando ad superabundantiam aliquando ad defectuz declinare. q2 sic faciendo facile mediũ adipiscemur.

Scđa cõclusio elucidata

Notandum

Quartũ documentum

Queritur vtrum extrema plus opponantur adinuicem ꝙ ipsi virtuti? ¶ Et arguitur primo ꝙ non. quia virtus non opponitur vicio. ergo suppositum falsum. Antecedens probatur. quia vel opponitur vt extremũ vel vt mediuz non primuz: vt notum est. nec secundum. quia medium equaliter distat ab extremis. sed virtus non equaliter distat ab extremis viciis: igitur. ¶ Secundo arguitur vicium vicio contrariatur. ergo virtus non contrariatur vicio. consequentia tenet. quia tantum vnũ vni est contrariũ. ¶ Tertio arguitur sic. genere differentia maxime a seinuicem distant. sed extrema vicia sunt in eodem genere. virtus aũt et viciũ sunt in diuersis generibus aut sunt diuersa genera. ergo extrema vicia plus opponuntur ipsi virtuti ꝙ inter se. ¶ In oppositum est aristoteles in primo capitulo huius vltimi tractatus.

Questio moralis.

¶ Sciendum Est ꝙ super hac materia aristoteles ponit tres ꝓpositiões. ¶ Prima est. Virtus contrariatur extremis viciis: et vicia extrema sibi inuicem. ¶ Secunda est. Extrema vicia pl⁹ opponũtur inter se ꝙ ipsi virtuti. ¶ Tertia propositio est. Vnum viciorum plus opponitur virtuti ꝙ alterum Et intelliguntur iste propositiones considerando virtutem ꝙtum ad eius substantiã. virtus autẽ et vicia possunt sumi ꝙtum ad substantiam eorum. vel ꝙtum ad rationem bonitatis et malicie sibi attributã. huiusmõi autem ratio bonitatis attribuitur habitui ꝑm eius conformitatem ad rectã rationẽ. et ratio malicie ꝑm ei⁹ deformitatem. De modo autem oppositionis virtutis et viciorum prout sumũtur ꝙtum ad rationẽ bonitatis et malicie ponuntur tres conclusiones.

Articul⁹ p[rimus]

¶ Conclusio Prima. Virt⁹ viciis opponitur extreme. Patet. quia opponit eis sicut bonũ malo. vel sicut cõforme difformi. sed ista vt sic videntur extreme se habere: igitur.

Articulus secundus.

¶ Conclusio Secunda. Duo extrema vicia non opponuntur adinuicẽ ꝑm rationez generalẽ bonitatis vel malicie. Probatur. q2 q̃ sub eodem extremo vnius oppositionis opponũtur illa vt sic non opponuntur adinuicẽ. Sed duo extrema vicia sub vno extremo huius oppositionis reponũtur: scilicꝫ sub malo et deformi: igitur ꝛc̃.

¶ **Conclusio** Tertia. vicia extrema cōsiderata secundū speciales suatū maliciarū rationes opponuntur adinuicē extreme. Probatur. quia speciales rationes viciorū extremorū sunt extreme per excessum et defectum: igitur &c.

...āpmū. ¶ **Dubitatur** Primo vtrū oppositio virtutis ad viciū secundum rōnem boni et mali sit oppositio cōtraria vel priuatiua. ¶ Et arguitur quod contraria. quia (vt dicitur in postpredicamentis) virtus cōtrariatur vicio. vt iusticia iniusticie. ergo &c. ¶ Secūdo arguitur quod nō sit priuatiua. quia inter priuatiue opposita non est dare mediū. sed inter bonū et malū est mediū. quia vt dicitur quinto metaphisice. nō omnis homo est iustus aut iniustus. siue bonus vel malus: igitur. ¶ In oppositū arguitur. quia rationes bonitatis et malicie sumuntur secundum cōformitatē et deformitatē. Conformitas aūt est equalitas. et difformitas inequalitas. equale autem et inequale non opponūtur contrarie sed priuatiue: igitur. ¶ Secundo arguitur sic. cū malicie terminū non habeāt oportet quod attendantur secundum recessum a medio vel a bono virtutis. sed illud cuius ratio secundum recessum ab alio attenditur: habet priuationis rationem. igitur. ¶ Ad dubium dicitur primo: quod accipiendo virtutē et vicium quātum ad rationes bonitatis et malicie magis opponūtur priuatiue quam cōtrarie vt bene probant rationes post oppositum dubij. Dicitur secundo: quod accipiendo virtutē et vicia quātum ad substantiā: virtus vtrique extremo opponitur contrarie. licet nō secundum perfectā contrarietatē. ¶ Ad primā rationē ante oppositū dubij dicitur: quod ibi accipit philosophus virtutē et vicia quātum ad substantiā. vel loquitur de contrarietate large accepta. ¶ Ad secundā dicitur: quod habitus et priuatio diuidunt propriū subiectū. modo homo absolute non est subiectū iusticie et iniusticie: aut bonitatis et malicie. sed homo ciuilis potens vti ratione.

...dubiū secūdū. ¶ **Dubitatur** Secūdo vtrum oppositio viciorum extremorū inter se sit contraria. ¶ Et arguitur primo quod nō. quia vicia extrema non maxime distant. ergo non sunt contraria. ¶ Secundo arguitur sic extrema vicia opponuntur: vt superabundantia et defectus. sed superabundantia et defectus videntur opponi priuatiue et nō cōtrarie: igitur. ¶ In oppositū arguitur. quia vtrumque extremorū secundū substantiā habitus est quid positiuū. ergo non opponuntur priuatiue: sed contrarie. ¶ Ad dubiū dicitur: quod extrema vicia secundum eorū substantias accepta opponūtur cōtrarie. ¶ Et ad primā rationē dubij dicitur vno modo negando antecedens. Alio modo potest dici: quod licet cōtrarietas propriissime dicta requirat maximā distantiā: non tamē cōtrarietas minus proprie dicta. etiam prout cōtra priuatiuā oppositionē distinguitur quod dicitur de omni incōpossibilitate formarū eiusdē generis circa idē subiectū. et talis pōt cōcedi cōtrarietas inter extrema vicia. ¶ Ad secundam dicitur: quod vicia extrema non se habēt vt superabundātia et defectus: nisi forte obiectiue et secundum denominationē extrinsecam ab operationibus ad quas inclinant.

...dubium tertium. ¶ **Dubitatur** Tertio vtrū documenta aristotelis ad inueniendū mediū virtutis sint bene assignata. ¶ Et arguitur primo quod nō. quia primū documentū supponit mediū esse iam inuentū. cū nō possit cognosci quod extremorū magis distat a virtute: nisi cognoscatur ipsa virtus. igitur primū documentū petit principium. ¶ Secundo arguitur. secundū documentū dicit quod debemus nos retrahere ab illo ad quod naturaliter inclinamur. hoc autē est falsum: quia quandoque naturaliter inclinamur ad virtutē a qua nō debemus nos retrahere: igitur. ¶ Tertio sic arguitur. tertiū documentū dicit nos debere fugere delectabilia. sed hoc est falsum. quia sic deberemus fugere felicitatē que est delectabilissima: igitur. ¶ Quarto arguitur contra quartū quod dicit nos quandoque debere declinare ad superabundātiā: et quandoque ad defectū. modo hoc est falsum: cū ad malum nō sit declinandū: igitur. ¶ In oppositū est aristoteles in vltimo capitulo huius libri. ¶ Ad dubium dicitur: quod illa quattuor documēta bene intellecta sunt bona et sufficienter assignata. Probatur sic. illa documēta sunt bona et sana ad inueniendū mediū virtutis que docēt euitare quod deuiat a medio virtutis. ista aūt sunt huiusmodi: quia deuians a medio virtuoso: aut deuiat inducendo ad malum: aut prohibendo bonū. Si inducendo ad malū: aut hoc est per modū impulsionis. sicut propria cōplexio hominis impellit appetitū ad prosequendū illud ad quod homo inclinatur. et quo ad hoc ponitur secūdū documētum. aut hoc est per modum tractionis: sicut delectabile trahit ad se appetitū. et quo ad hoc ponitur tertiū documentū. Si vero hoc fit prohibēdo bonū: hoc erit aut causaliter. sicut vnum contrariorū corrūpit aliud. et quo ad hoc datur primū documentū de recessu ab extremo magis virtuti cōtrario et ipsius corruptiuo. aut hoc erit occasionaliter. sicut ex ignorantia distinctiōis boni a malo. et quo ad hoc datur quartū documentū. ¶ Ad primā rationem dubij dicitur: quod primū documentū presupponit medium esse inuentū. etiam intelligitur cognitis extremis et medio: saltem in generali. nec documentū valet ad inueniendum siue cognoscendū medium quo ad illam noticiā: sed bene quo ad noticiā specialē et perfectam ipsorum habendā. vel ad firmandū appetitū in tali medio adepto et cognito. ¶ Ad secundā dicitur: quod secūdum documentū intelligitur de inclinatis ad malum et nō de inclinatis ad bonū. ¶ Ad tertiā dicitur: quod tertiū documentū intelligitur de delectationibus sensualibus et nō de intellectualibus. ¶ Ad quartā rationē dicitur: quod quartum documentū intelligitur quod debemus nos declinare ad extremum. non infra limites vicij: sed infra limites virtutis. quia non solū bene sagittat qui attingit signū: sed etiam qui ab eo non multū distat. vel declinandum est ad extrema vicia nō agendo secundum ea: sed ea detestāda. ¶ Rationes questionis soluuntur ex dictis.

Et hec de secundo libro ethicorum.

¶ Incipit tertius liber ethicorum.

Virtute itaque et circa passiones et operatiōes existēte et in voluntarijs quidē laudibus et vituperijs factis: in inuoluntarijs aūt venia. quandoque autem et misericordia. voluntarium et inuoluntarium necessarium forsitan determinare de virtute intendentibus. ¶ Vtile autem et legislatoribus ad honores et penas. ¶ Videntur autem inuoluntaria esse que violenta vel propter ignorantiam facta. Violentum autem est cuius principium extra tale existens in quo nichil confert qui operatur vel qui patitur. puta si spiritus tulerit alicubi: vel homines domini existentes. ¶ Quecunque igitur propter ti-

Responsio ad dubium.
Ad rōes dubij
Prima cōclo.
Secūda cōclo

Dubitatio. morem maiorum malorum operata sunt vel
propter bonū aliquod. puta si tyrannus pre
cipiat turpe aliquid operari dominus exi
stens parentum et natorum. et faciente qui
dem saluabuntur: non faciente autem mo
rientur. Dubitationem habet vtrum volun
taria sint aut inuolūtaria. Tale autem ali
quid accidit ꝛ circa eos qui in tempestatibꝰ
quidem iactationes. simpliciter enim quidē
nullus iactat volens. in salutem autem suiip
sius et reliquorum: omnes intellectū haben
Tertia ꝯclusio tes. ¶ Mixte quidem igitur sunt tales ope
rationes. assimilantur autē magis volūta
rijs. voluntarie enim fiunt tunc cū operan
tur. finis autem operationis secundū tēpus
est: ꝛ voluntariū itaqꝫ ꝛ inuoluntariū quan
do operatur dicendū. Operatur autem vo
lens. etenim principiuꝫ mouendi organicas
partes in talibus operationibus in ipso est.
quorum autem in ipso est principium: in ip
so est operari vel non. Voluntaria itaqꝫ pro
pter hec que talia sunt. simpliciter autē for
sitan inuoluntaria. nullus enī vtiqꝫ eligeret
Quarta ꝯclō. secundū seipsum taliū aliquid. ¶ In opera
tionibus aūt talibus quandoqꝫ ꝛ laudantur
quando turpe aliquid vel triste sustinēt pro
magnis ꝛ bonis. cū aūt econuerso vituperā
tur. turpissima enim sufferre pro nullo bono
aut modico praui. In aliquibꝰ aūt laus qui
dem non fit sed venia quādo propter hec ta
lia operatur aliqs que nō oportet que hūa
nam naturā excedūt et que nullus vtiqꝫ su
Nota stineret. Quedā aūt fortassis nō est cogi. sꝫ
magis moriendū patientē durissima. etenīꝫ
Euripidis almeona derisoria videtur cogē
Quinta ꝯclō. tia matrē occidere. ¶ Est aūt difficile quā
doqꝫ iudicare quale pro quali eligēdum: et
quid pro quo sustinendū. Adhuc aūt diffici
lius immorari cognitis. vt eniꝫ in multis est
que quidē expectātur tristia: que autem co
gūtur turpia. vnde laudes et vituperia fiūt
Correlarium. circa coactos vel nō. ¶ Qualia quidem igi
tur dicendū violenta vel simpliciter quideꝫ
quando causa in his que exterius est et qui
operatur nichil confert. ¶ Que aūt secūdū
seipsa quidē inuolūtaria sunt. nunc autē pro
his volūtaria. quorum autē et principiuꝫ in
operāte scđm seipsa quidē inuolūtaria. nūc
autē pro his volūtaria. ¶ Magis aūt assi
milantur volūtarijs. operationes enī in sin
gularibꝰ. hec autē volūtaria. ¶ Qualia āt
pro qualibus eligendū nō facile est tradere
multe enim differētie sunt in singularibus.

¶ Si quis aūt dicat delectabilia ꝛ bona vio
lenta esse: cogunt enim exterius existentia.
oīa vtiqꝫ sic erunt violenta. horū enī gratia
oēs oīa operātur. Et qui quidē vi ꝛ nolētes
cum tristicia. qui aūt propter bonū cū dele
ctatione. ¶ Ridiculum autē causari q̄ exte Correlarium.
rius sed nō ipsum bene venabilē existentem
a talibus. Et bonoꝝ quidem seipsuꝫ: turpia
autem delectabilia. ¶ Videtur vtiqꝫ violē Diffinitio vi
tum esse cuius extrinsecus principiuꝫ nichil olenti.
conferente vim passo.

Iste est tertiꝰ liber ethicorū aristotelis
in quo ipse determinat de q̄busdā princi
pijs habituū ꝛ actuū moralium. Et diui
ditur in quattuor tractatꝰ. In prīo fa
cit qđ dictū est. In scđo ostendit quali
ter illa se habent ad actus morales ibi
Existente igitur. In tertio determinat
in speciali de fortitudine ibi. Quū igitur. In quarto de
tēperantia ibi. Post hoc aūt. Primus tractatus conti
net sex capitula: que videbūtur in ꝓcessu. In primo de
terminat phūs de inuolūtario per violētiā. Et ponit sex
cōclusiones. ¶ Prima cōclusio per quā ponit suū intē Prima ꝯclō
tum talis est. Tractātibus de virtute necessariuꝫ est de elucidata.
voluntario ꝛ inuoluntario determinare. Probat phūs
duabus rōnibus. Prima est. q2 laudes ꝛ vituperia de
bētur opationibꝰ ꝛ passionibꝰ voluntarijs. inuolūtarijs
aūt qñqꝫ venia ꝛ qñqꝫ mīa. Sed virtus est circa passio
nes et operationes: vt supra visum est: igitur tractanti
bus de virtute necessariū est de volūtario ꝛ inuolūtario
determinare. Est aūt venia cōdonatio offense sciliꝫ nolle Quid venia.
aliquē obligari ad penā pro offensa. Sed mīa est noli
tio incōmodi quod quis cōsecutus est ꝛ releuatio ab eo
dem. Quandoqꝫ ergo nolumus offensam inuolūtariaꝫ
punire. quandoqꝫ vero nō solū nolumus punire sed etiā
releuamus eū qui inuolūtarie offendit ab incōmodis.
¶ Utile autē. Secunda ratio. cognitio volūtarij ꝛ inuo
luntarij multū cōfert legislatoribꝰ ad premia bonis tri
buenda ꝛ ad penas infligēdas malis. ergo legislatori
bus est necessariū de volūtario ꝛ inuolūtario determi
nare. Et cū legislatores tractent de virtute ex quo intē
dunt ciues facere bonos ꝛ studiosos: vt supra dictū est.
igitur determinātibus de virtute necesse est de volūta
rio ꝛ inuolūtario determinare. ¶ Videtur autē. Scđa Scđa ꝯclō
conclusio que cōtinet diuisionē inuoluntarioꝝ est ista.
Inuolūtaria sunt q̄ per violētiam aut ignorantiā fiunt.
q꞉ autem ea que fiunt per violentiam sunt inuoluntaria
probat philosophus per diffinitionē violenti q̄ talis est.
Violentū est cuius principiū est extra existēs in quo ni Quid ꝟ violen
chil confert qui operatur vel qui patitur. que diffinitio tum.
potest sic intelligi. Violentū id est operatio violenta est
cuius principiū siue causa est extra existens siue extrin
seca: in qua ille q̄ operatur vel patitꝰ nichil confert id est
resistit vel contra nititur siue cōtra inclinatur. non eniꝫ
sufficit q꞉ nō coagat. quia tunc introductio forme in ma
teria esset violēta. sed requiritur q꞉ in contrariū agat siue
cōtra nitatur. Exēplificat philosophus. vt si spiritus. i.
vētus tulerit aliquē alicubi: vel homines dñi existētes
id est potentes aliquē violentare ipsum contra eius vo
luntatē ad aliquid necessitēt. ¶ Quecūqꝫ igitꝰ. Hic mo Dubitatio
uet phūs vnam dubitationē dicēs: q꞉ de operationibus
que fiunt ꝓpter metū maloꝝ aut assecutionē magnorū

bonorum dubiū est an sint voluntarie vel inuolūtarie. Exemplificat de primis. vt si tyrannus in potestate sua habens parentes aut filios alicuius iubeat ipsum aliquod turpe operari. quod si nō fecerit: necabūtur ei⁹ parentes aut filij. et si fecerit: saluabūtur. De secūdis exēplificat. vt si quis existens supra mare tpe tempestatis ꝓijciat suas merces in mare ne nauis periclitetur. Ad
[Ter]tia cōclō [ter]tia ad du[bitati]onem
hanc dubitationē soluendā ponit philosophus hāc tertiam conclusionem. Operationes propter timorē facte partim sunt volūtarie et partim inuoluntarie. magis tamen assimilantur voluntarijs ꝙ̄ inuolūtarijs. Probat phūs. et primo ꝙ sint partim inuolūtarie. quia nullus simpliciter id est omnino volēs: vel simpliciter id ē nulla alia causa occurēte volens eligeret tales operatiōes puta iactationē merciū in mare vigēte tēpestate. pro salute aūt sui et alioꝝ cum eo existentium quilibet intellectum habens bene dispositū id eligeret: igitur. Secundo probat ꝙ sint partim voluntarie: et ꝙ magis assimilantur volūtarijs. qꝛ tales operationes pro tēpore pro quo fiunt sunt voluntarie. ergo magis assimilantur voluntarijs ꝙ̄ inuolūtarijs. Consequētia tenet. qꝛ aliquid dicendū est voluntariū vel inuoluntariū quādo fit. Nā finis operationis sm̄ tempus est sicut et ipsa operatio. puta finis proiectionis merciū in mari: est salus proijcientis siue euasio periculi pro tpe illius operatiōis: igitur tales operationes magis assimilantur volūtarijs ꝙ̄ inuoluntarijs. Antecedens probat. qꝛ in potestate operantis est principiū operationis. nā in potestate ei⁹ est mouere partes organicas. ergo tales operationes cum fiunt sunt voluntarie. Ex quo infert philosophus ꝙ tales operationes sunt voluntarie propter hoc: id est propter aliquā circūstantiā. puta ꝓpter salutē. simpliciter tamē forsitan sunt inuolūtarie. id est si sine tali cōditiōe fierent essent inuolūtarie. qꝛ nullus sm̄ seipsum. i. sua spōte sine metu aut aliquo huiusmodi eligeret aliquid
Quarta ɔclō
tale. ¶ In operationibus. Quarta conclusio continet vnā diuisionē quadrimēbrem: et est talis. Alique operatiōes facte propter metū sunt laudabiles: et alique vituperabiles. et harū alique sunt digne venia. et alique nō. Primū mēbrum probat. qꝛ contingit sustinere aliquid turpe vel dolorosum ꝓ magnis et honestis bōis: igitur Secundū mēbrum ꝓbat. qꝛ turpissima pati ꝓ nullo bono aut modico praui homīs est et improbi. ergo alique operationes facte ꝓpter metū sunt vituperabiles. Tertium mēbrum etiā probat phūs. qꝛ cōtingit pati durissima: et que humanā naturā excedunt: et ꝙ̄ nullus sustineret volens. ergo si metu taliū quis operetur aliquid
Notandum.
turpe dign⁹ est venia. Et subdit philosophus: ꝙ quedā sunt que ꝓ nullo faciēda sunt: etiā nec propter mortem Quartū mēbrum probat. nā Euripidis almeona id est illius poete carmina de almeone derisoria et vana videntur qꝛ narrāt almeonē coactū fuisse matrē suā occidere iussu sui patris in thebano bello morietis. ad quod consilio vxoris matris almeōis accesserat. ergo alique sunt operationes metu facte nō digne venia. ¶ Est autem.
Quinta ɔclō
Quinta ɔclusio. difficile est quādoꝗ cognoscere et iudicare quale ꝓ quali: et quid pro quo sustinendū est. et eo cognito adhuc difficilius est in sententia permanere. Prima pars postea probabitur. Et secundā probat. qꝛ aliquādo que expectātur sunt tristia et dolorosa: et ea ad que coguntur sunt turpia. quare laudes vł vituperia debentur his ꝙ̄ cōpelluntur vel nō compellūtur. sed inter huiusmodi coactiōes est difficile in sentētia permanere igitur. ¶ Qualia autē. Hic philosophus ex dictis quasi recapitulando infert quattuor correlaria. Primum
Primum cor[re]larium.
correlariū est. Simpliciter violēta sunt quoꝝ principiū est extrinsecū: et ꝙ̄ operatur nichil confert. ¶ Que aūt.
Secundum
Secundū correlariū. Inuoluntaria sm̄ se volūtaria autem pro his sunt quoꝝ principiū est in agente et ipsa sm̄ se inuoluntaria sunt. nunc aūt id est cum fiunt voluntaria sunt pro his id est pro aliqua circunstantia pro qua eliciūtur. ¶ Magis autē. Tertiū correlariū. Huiusmōi
Tertium.
operatiōes magis sunt volūtarie ꝙ̄ inuoluntarie. Probat phūs. qꝛ operatiōes sunt in singularibus id est sm̄ singulares circūstantias. sed circunstantie que tunc occurrunt qn̄ fiunt tales operationes sunt voluntarie: igitur. ¶ Qualia autem. Quartū correlariū. Difficile est
Quartum
cognoscere qualia ꝓ qualibus eligenda sunt. qꝛ in singularibus sunt multe circūstantie ad quas oportet inspicere. hoc autē est difficile: igitur. ¶ Si quis autem.
Sexta ɔclusio
Sexta cōclusio. Operatiōes delectabiles et honeste siue propter delectationē et honestatē facte nō sunt violente ꝙ̄uis ad eas aliqua exteriora cogāt. Probat phūs dupliciter. Primo: qꝛ tunc oīa essent violēta. qꝛ quicquid homo facit hoꝝ gratia id est gr̄a honestatis vel delectationis facit. Secūdo probat. qꝛ quicꝗd facimus coacte et violēte: hoc cū tristicia facim⁹. sed que facim⁹ ꝓpter delectationē et honestatē nō facimus cū tristicia. igitur talia non facimus violēte. ¶ Ridiculū autē. Hic infert
Duo correlaria notanda.
phūs ex dictis duo correlaria. Primū est. cū peccam⁹ ridiculū est accusare causas extrīsecas et non nosipsos: qui facile capimur a delectationib⁹. Secundū correlarium. Ridiculū est dicere nos esse causas honestaꝝ operationū: et delectabilia esse causam turpiū. ¶ Videt vtiqꝫ
Diffinitio violenti.
Hic phūs concludit diffinitionē violenti. Violentū est cuius principiū est extra nichil conferente vim passo.

Prima conclō
Quod aūt propter ignorantiā nō voluntariū quidē omne est. Inuoluntarium autē quod triste et in penitudine. qui enī propter ignorātiā operatur quodcunꝗ nichil tristatus in operatione volens quidem non operatus est qđ non sciuit. neqꝫ rursum nolens nō tristatus de eo quod propter ignorantiam. Qui quidem in penitudine nolens videtur qui autem nō penitet. qa alter sit non volens. quia enim differt meli⁹ est habere nomen proprium. ¶ Aliud autē
Secunda
videtur et propter ignorantiam operari ab eo quod est ignorantem facere. Ebrius enī vel qui irascitur non videntur propter ignorantiam operari: sed propter aliquid eorum que dicta sunt. nō sciens autem sed ignorās. Ignorat quidem igitur omnis malus que oportet operari et a quibus fugiendū et propter tale peccatum iniusti et vniuersaliter mali fiunt. ¶ Inuoluntarium quidem vult
Tertia.
dici non si quis ignorat qđ confert. non enī que in electione ignorantia causa inuoluntarij sed malicie. neqꝫ que vniuersalis. vituperatur enim propter hanc aliquis. sed que in singularibus in quibus et circa que operatio. in his enim misericordia et venia. hoꝝ

Correlarium enim aliquod ignorans inuoluntarie operatur. Forsitan igitur non malum determinare hec: et que et quot sunt et quis vtiq; ⁊ qd et circa quid vel in quo operatur. quandoq; autem et quo puta instrumēto. et gratia cuius puta salutis: et qualiter puta quiete vel vehementer. Omnia quidem igitur nullus vtiq; ignorabit non insanus. Manifestū autem q neq; operantem. qualiter enim seipm quid autem operatur ignorabit vtiq; aliqs. puta dicentes aiunt excidere ipsos vel non scire quoniam ineffabilia erant. quēadmodum mistica Eschili. vel monstrare volens dimittere vt quitelum existimabit vtiq; aliquis et filiū oppugnatorē esse quēadmodū Merope. et rotundari lāceatā hastā vel lapidem punicē esse ⁊ in salutē percutiens occidit vtiq; ⁊ ostendere volēs quēadmodum pugiles percutiunt vtiq;. Quarta cōclo. ¶ Circa oīa vtiq; hec ignorantia existēte in qbus operatio q horum aliqd ignorat nolens videtur operari. et maxime in principalissimis. Principalissima autē videntur esse in quibus operatio ⁊ cuius gr̄a. Secundū talem vtiq; ignorantiam inuolūtario dicto: adhuc opꝫ operationem tristem esse et in penitudine.

Istud est scd̄m capitulū hui⁹ primi tractat⁹ in quo phūs determinat de inuolūtario propter ignorantiā. Et ad ostendendū que ignorantia causat inuoluntariū ⁊ q̄ nō: ponit quattuor cōclusiones. Prima conclusio elucidata ¶ Prima est. licet omne qđ fit ꝑpter ignorantiā sit non voluntariū: nō tamē omne tale est inuolūtariū. Primā partē probat phūs. qꝛ nichil qđ quis operatur propter ignorantiā nec postq̄ cognitū est affert tristiciā operat volens nec etiā nolēs, ergo oē tale qđ fit operās operatur nō volēs. ⁊ per ꝯñs est nō volūtariū. Añs probat. qꝛ omne tale nō sciunt operās. et cum voluntas nō feratur nisi in scitū et cognitū: seqtur q nullū tale operans operatur volens aut nolēs. Secundā partē cōclusiōis probat. qꝛ inter ea que fiunt per ignorantiā illud solū est inuolūtariū qđ postq̄ cognitū est affert penitudinē et dolorem. ergo nō omne qđ fit ꝑpter ignorantiā est inuolūtariū. Et subdit phūs q ille qui facit aliqd per ignorantiā ⁊ postea penitet dicitur fecisse nolens. qui vero facit per ignorantiā ⁊ postq̄ cognouit nō penitet. qꝛ est alter a penitēte dicitur nō volens: ita q qꝛ differt a penitente melius est ipsum habere nomē propriū sine distinctum a noīe penitētis sic q nō dicatur nolēs: sicut qui penitet sed non volens. Secunda cōclo ¶ Aliud autem. Secunda conclusio. Aliud est aliquē operari ꝑpter ignorantiā ab eo qđ est ipsum ignorantem operari. Probat phūs dupliciter. Primo: qꝛ ebrius ⁊ iratus operātur ignorātes. ⁊ tamē non operātur propter ignorantiā: sed propter ebrietatē et iram: igitur. Secūdo ꝓbat. qꝛ omnis malus ignorat que oportet operari ⁊ a quibus fugiendū ⁊ abstinendū qꝛ sequitur iudiciū erroneū ⁊ ꝑpter huiusmodi peccatū siue errorē fiunt iniusti ⁊ mali vniuersaliter. ⁊ tamē non omnis malus operatur ꝑpter ignorātiā. igitur non est Operari ignorantem. idē ignorantē operari ⁊ ꝑpter ignorantiā operari. Ille autem dicitur ꝑpter ignorantiā operari qui ignorat circūstantias actus. Et ille dicit̄ operari ignorās qui nō habet rectum iudiciū rationis. Opari ꝑpter ignorantiam ¶ Inuoluntariū quidem. Tertia cōclusio. nec ignorātia eius qđ cōfert: nec ignorātia vniuersalis: sed ignorātia singulariū circūstātiarū causat inuolūtariū. Tertia. Primā partē probat philosophus. qꝛ ignorātia que in electione cōsistit nō causat inuoluntariū: sꝫ magis est causa peccati. ergo nec ignorātia ei⁹ qđ cōfert. i. eius qđ est vtile ⁊ expediēs ad bene operandum causat inuolūtariū. vel s̄m sanctū Thomā ignorātia eius qđ confert in ꝓposito dicit̄ ignorantia eius qđ operari vel vitari oportet. nam circa tale est electio. Secundā partē probat. qꝛ ꝑpter talē ignorātiā quis vituperatur. nō aūt propter inuolūtariū. ergo talis ignorantia nō causat inuoluntariū. Tertiā partē probat. qꝛ tali ignorātie debetur venia ⁊ mīa. ergo ipsa causat inuolūtarium. ¶ Forsitā igitur. Hic infert philosophus vnū correlariū tale. Correlarium Determinare huiusmodi circūstantias actuū. scꝫ quis / quid / circa qd / vel in quo / quo instrumēto / gratia cuius / et qualiter: non est malum nec inutile. Probat. qꝛ licet nullus possit oēs huiusmodi circūstātias ignorare: plures tamē earꝫ possunt ignorari. Primam partē probat. qꝛ nullus habēs vsum rōnis potest ignorare operantē: cum nullus possit ignorare seipsum. Secundā partē probat quo ad quattuor circūstantias. Et primo quo ad circūstantiam quid. Nā aliq̄ reuelantes secreta: postea se excusantes dicunt se nesciuisse illa fuisse secreta. cuiusmōi fuerūt secreta eschili. Eschilus aūt s̄m eustraciuꝫ poeta fuit q̄ multa scripsit de secretis mulierꝫ adeo obscure ⁊ sub velamine poetico vt vix possent intelligi: ⁊ ea recitātes ignorarēt qđ dicerēt. Aliud exēplum dat de eo qui tenet telū volens mōstrare qualiter debeat teneri in iaciendo ⁊ propter intenciū emittit ipsum. Secūdo probat de circunstātia circa quid adducens exēplum de eo qui interficeret filiū suum credens interficere hostē. quēadmodū Merope id est mulier illa Triphonē propriū filiū interfecit: credens interficere oppugnatorē. Idē probat de circunstātia quo instrumento. vt si quis in astiludio vtatur hasta cuspidē habēte credens eam esse rotundā. Aliud exēplum dat de eo qui putat iacere punicē: qui tamen iacit lapidē durum. Idē probat de circunstātia finis. vt si quis ꝑcutiat aliū propter salutē aīe. puta magister discipulū. vel propter salutē corporis. vt percutiēs venā pro sanguine minuēdo et percutiendo interficit: ille ignorat finē qui seqtur Aliud exēplum dat de eo q̄ credit leuiter percutere: ad ostendēdum percutiēdi modū: ⁊ graue vulnus infligit. ¶ Circa omnia. Quarta cōclusio. qui predictarꝫ circūstantiarꝫ ⁊ maxime principaliū aliquā ignorat: videtur operari nolēs id est inuolūtarie. Quarta. Hanc cōclusionē relīqt philosophus notā. ⁊ ostendit q̄ sunt circunstātie principales. dicens q sunt circa qđ ⁊ gratia cuius. talis tamē ignorantia nō sufficit ad inuoluntariū: sed oportet operationem esse tristē ⁊ in penitudine postq̄ cognitū fuerit qualis est scd̄m omnem circunstantiā.

ISte est septimus et ultimus tractatus huius libri: in quo phūs determinat de verecūdia. Et cōtinet vnicū capitulū et vnicā cōclusionē q̄ talis est. Verecūdia nō est virtus. Probat phūs quinq̄ rōnibus. Prima est. quia verecundia est passio. ergo nō est virtus. Añs probat phūs dupliciter Primo p diffinitionē verecūdie. nā verecūdia determinat id est describit: q̄ est timor ingloriatiōis. i. cōfusiōis vel infamie. igit̃ est passio. Scd̄o: q̄ verecūdia fit circa pericula sīl'r sicut timor. igit̃ est passio sic̄ timor. Assumptū pbat: q̄ verecundati rubescūt: et timētes mortē pallescūt sed iste trāsmutatiōes videtur esse corporales et magis ipsius passionis q̄ ipius hītus. igit̃ verecūdia fit cōsil'r circa pitula sicut timor. s. cū transmutatōne corporali. ¶ Nō enim. Scd̄a ratio. verecūdia nō oī etati cōgruit. ergo nō est virt⁹. ɔñs videt̃ esse nota per additionē maioris. s. oīs virtus oī etati ɔgruit. et añs pbatur. q̄ verecūdia solis iuuenib⁹ ɔgruit. igit̃ nō omni etati ɔgruit. Assumptū pbat. P. dupl'r. pmo: q̄ existimam⁹ oportere iuuenes esse verecūdos: eo q̄ fm passiōes viuētes mlta peccāt et a verecūdia phibent̃. Scd̄o: q̄ laudam⁹ iuuenes verecūdos. sȝ null⁹ laudat senē eo q̄ verecūdabilis sit. igit̃ verecūdia solis iuuenib⁹ ɔgruit. Minorē pbat. q̄ nulla existimam⁹ oportere ipȝ operari pter q̄ sit verecūdandū. igit̃. ¶ Neq̄ enī. Tertia rō. verecūdia non ɔuenit virtuoso. ergo verecūdia nō est virtus. Añs pbat. q̄ verecūdia inest p reb⁹ iprobis et prauis q̄ nō sunt operāde a virtuoso. igit̃ verecūdia nō cōuenit virtuoso. ¶ Si aūt. Hic soluit. p. tres obiectiōes. Prima est. posset enī aliquis dicere: q̄ licet virtuosus nō operet̃ praua fm vitatē: operat̃ tū praua fm opinionē de q̄b⁹ poterit verecūdari. Rñdet. p. q̄ neutra praua operāda sunt a virtuoso. quare nec verecūdādū est p ipis. ¶ Sic aūt. Scd̄a obiectio. aliq̄s diceret: virtuosus si operet̃ aliq̄d turpe verecūdabit̃. ergo verecūdia q̄nq̄ cōuenit virtuoso. Rñdet. p. q̄ illatū est absurdū et incōueniēs. scȝ q̄ verecūdia insit virtuoso. q̄d pbat dupl'r. Primo: q̄ verecūdia solū habet fieri i prauis et volūtariis. sȝ studiosus nunq̄ operabit̃ praua volēs. igit̃. Scd̄o: q̄ licet verecūdia sit bona ex suppōne virtuoso: puta si male opet̃: nō tū est ei bona simpl'r. igit̃ incōueniēs est dicere q̄ verecūdia cōuenit virtuoso. ¶ Non aūt hoc. Hic sumit phūs ex p̄dictis quartā rōnem ad suā conclusionē. et est talis Nulla virtus est solū bona virtuoso ex suppōne. sȝ verecūdia est solū bona virtuoso ex suppōne. igit̃ verecūdia nō est virtus. ¶ Si aūt. Tertia obiectio. posset enī aliq̄s dicere: q̄ inuerecūdia est praua. sīl'r turpia operantē nō verecūdari est prauū. ergo turpia operātē verecūdari est bonū. Rñdet phūs negādo ɔñam. cui⁹ cā assignari pōt. q̄ tā verecūdia q̄ inuerecūdia p̄supponit turpē actū. Illo tū supposito cōueniētius esset ipm detestari p verecūdiā q̄ nō curare per inuerecūdiā. ¶ Nō est aūt Quinta ratio. cōtinētia nō est virtus sed passio quedā mixta virtuti. vt videbit̃ septimo hui⁹. ergo a sīl'i nec ipsa verecūdia est virt⁹. Finaliter phūs cōtinuat dicenda dictis dicēs: q̄ in sequēti libro de iusticia dicendū est.

[…]stio […]lis

QVeritur vtrū verecūdia sit virtus? ¶ Et arguit̃ pmo q̄ sic. q̄ vbicūq̄ cōtigit supabundare et deficere et medio mō laudabilit̃ se habere ibi cōtingit dare virtutē. sed ɔtingit superabūdare in verecūdando et deficere et medio mō laudabiliter se hr̄e: vt dicit phūs scd̄o huius. igit̃ verecūdia est virtus. ¶ Scd̄o arguit̃. omne viciū opponit̃ virtuti. sed aliq̄ vicia opponunt̃ verecūdie. puta inuerecūdia et mordinat⁹ stupor. igitur. ¶ Tertio ar̃. timor turpitudinis est virtus. sed verecūdia est timor turpitudinis: cū sit timor ingloriatiōis ex turpi actu pueniēs. igitur. ¶ In oppositū est philosophus in littera.

¶ Sciendum Est q̄ fm philosophū in lr̃a: verecūdia est timor ingl'iatiōis et fm eū scd̄o rhetorice: verecūdia est tristicia quedā et turbatio circa ea maloꝝ q̄ vident̃ ferre ingloriationē. Et in eodē caplo dicit: q̄ est de cōfusione fantasia gr̃a huius ipsi⁹ et nō gratia eueniētiū. i. gr̃a huiusmodi cōfusionis et nō gratia turpiū actionū. Ex q̄bus pōt colligi cōpleta diffinitio talis. Verecūdia est timor ingloriatiōis apparentis vel estimate ex turpi actiōe gr̃a ingloriatiōis et non gr̃a ipsi⁹ turpitudīs. per hoc q̄d dr̃ timor denotat̃ act⁹ significatus p verecūdiā. Dicit̃ ingloriatiōis siue diffamatiōis: ad denotādū id q̄d timem⁹. nō eīn timem⁹ turpem actū sed infamiā sequentem. Per hoc q̄d dr̃ apparentis vel estimate: significat̃ q̄ nō quilibet timor infamie est verecūdia. sȝ ille timor q̄ causat̃ in nobis ex hoc q̄ turpis actio nr̃a manifestat̃ his apud q̄s diffamari timem⁹. Dicit̃ aūt ex turpi actiōe: ad distinguēdū verecundiā a timore ingloriatiōis quē habem⁹ in aggressu difficiliū. Talis eīn nō est verecūdia. q̄ nō prouenit ex turpi actiōe. licet defect⁹ in reb⁹ q̄s aggredimur causet in nobis verecūdiā. q̄ est turpis et cā ingloriatōis. Per hoc etiā tāgitur causa ingl'iatōis. s. turpis actio manifesta et apparēs. talis tū turpis actio nō est id q̄d timem⁹ sed infamia consequēs. et ideo dr̃ gr̃a ingloriationis et nō gratia turpitudinis. Hūc aūt timorē sequit̃ trāsmutatio corporalis: et maxie fm colorē. nā ad p̄sentiā talis timoris cōiter facies rubore pfundit̃: q̄d est signū q̄ verecūdia est passio corporalis. Ex quibus pȝ q̄ dupl'r cōtingit nos pdere verecundiā. Vno mō per descēsum ad inuerecūdiā. q̄ scȝ nō timemus infamationē vel ingl'iationē: neq̄ reputam⁹ eā nobis esse malū. Scd̄o modo per ascensum ad bonitatem: cū scȝ timemus eam non gratia ipsius sed gratia turpitudinis. ita q̄ plus timemus turpitudinem q̄ infamiam.

Diffinitio verecūdie

¶ Conclusio responsiua. Verecūdia nō est virtus Probat phūs in littera. Scd̄o probatur: q̄ licet timor turpitudinis sit virt⁹ et reducat̃ ad illā virtutē cui opponit̃ illa turpitudo: tū timor igloriationis ex turpi actu pueniēs (quo scȝ nolum⁹ infamiā licet non nolim⁹ turpitudinē) nō est virtus. cū nō hēat rōnem honesti sed vtilis. q̄ licet virtuosum sit nolle turpitudinē ad quā sequat̃ nolle ifamiā: tū nolle infamiā sine nolitione turpitudinis nō habet rationem honesti modo verecūdia proprie capta causatur ex tali nolitiōe infamie. vt supra dictum est: igitur.

¶ Dubitatur Vtrū virtuosi sit aliq̄ñ verecūdari? ¶ Et videt̃ q̄ sic. q̄ magnanimus bñficiatus ab alio verecūdat̃. vt supra visuȝ est t̄ tertio caplo tertij tractat⁹. igit̃. ¶ Scd̄o arguit̃. q̄cūq̄ habet in se pudēda pōt verecūdari si quocūq̄ casu cōtingat ea reuelari: vt experiētia docet. sed virtuosus hȝ in se pudēda: igit̃. ¶ In oppositū est aristoteles in lr̃a. ¶ Pro solutione dubij aduertendū est: q̄ verecūdia pōt accipi dupliciter Vno mō p actu quo aliquē verecūdari dicim⁹ et sic accipit̃ in p̄dictis diffinitiōib⁹ et est passio ad appetitū irascibilē pertinēs. Alio mō accipit̃ p dispōne naturali ad talē actū inclinante: fm quā dormiēs diceret̃ verecund⁹. et sic verecūdia potest cōuenire virtuoso. Et q̄ñ accipit̃ p'o mō potest accipi dupl'r. Vno mō large pro quocūq̄ actu verecundandi siue ex turpitudine et

An virtuosi sit aliq̄ñ verecūdari

Acceptiōes hui⁹ termi verecūdia

inhonestate morali sine ex quacūq3 indecētia: l3 etiā sit sine turpitudine morali. ꝛ sic verecundia pōt cadere in virtuoso vt bene ꝓbant rōnes ante oppositum dubij. Alio mō accipit̄ ꝓ timore ingloriationis ex turpi actu turpitudine morali: ꝛ hoc dupl'r. Uno mō ex turpi actu suo vel alterius ad ipm ꝑtinentis: cuius bonitas est sibi in gloriā ꝛ malicia in infamiā. sicut pater verecūdat̄ ex turpi actu sui filij: ꝛ sic verecūdia caderet in virtuoso sed sic nō accipit̄ a pho. qꝛ dicit ꝙ verecūdamur in voluntarijs actionib⁹. facta aūt aliorū nō subiacēt voluntati nostre. Alio mō ex turpi actu suo: ꝛ sic iterū distinguit̄. aut loquēdo de virtuoso sm actū: aut sm habitū3 Si sm habitū nō videtur ei repugnare verecūdia: sicut nec male opari. Sed loquēdo de virtuoso bonitate actuali ꝛ nō malo malicia actuali: tūc in virtuoso non cadit verecundia. Probatur: qꝛ oīs qui turpiter egit ꝛ timet infamiā grā infamie ꝛ nō grā turpitudinis quam ipse scit esse cām infamie est malus: qꝛ ꝯsenerat̄ malavolitiōe. s3 oīs verecūdus est hmōi: igit̄. Et hoc est verū capiēdo verecundiā strictissime ꝓut cōnotat ꝙ ille tior ingloriatiōis q̄ dicit̄ verecūdia sit sine timore turpitudinis actus ex quo ꝓuenit. qꝛ si acciperet̄ ꝓ oī timore ingloriatiōis ex turpi actu: siue ille tior sit solū illius ingloriatiōis siue ingloriatiōis ꝛ turpis actus siue reuelationis ipsius simul: tūc verecūdia poss3 cadere in v'tuoso de aliquo actu turpi prius ab eo ꝯmisso. S3 diceres si verecūdia ꝓprijssime accepta nō pōt cadere in v'tuoso: ergo verecūdia nō est passio laudabilis. qđ est cōtra aristotelē dicentē: laudam⁹ quidē iuuenes verecūdos. negat̄ ꝯñā: qꝛ verecūdus nō est malus ꝓpter verecundiā s3 ꝓpter malā volitionē cui adiungit̄ ipsa verecundia. etiā verecūdia nō est de se honesta nec laudabil'. s3 solū grā alicui⁹ vtilitatis ꝯsequētis: qꝛ sc3 est vtilis ad retrahendū a turpitudīe. S3 diceres vlteri⁹: verecūdia est vtilis ad retrahendū senē a turpitudine: ꝛ tñ nō laudam⁹ senē verecundū/ s3 iuuenes vt dicit. p. igr̄ verecūdia nō ē laudabil' grā talis vtilitatꝭ. negat̄ ꝯña: qꝛ vt dicit. p. cā ꝑꝑ quā nō laudam⁹ senes v'ecūdos sicut et iuuenes/ est: qꝛ nō existiam⁹ senes aliq̄d opari ꝑꝑ qđ in eis dēat cadere v'ecūdia: sic arbitramur iuuenes q̄ sm passiōes plimū viuūt ℂ Rōes in bij solute sūt ex dictꝭ ante oppositū q̄ōnis.

Ad ratiōes ℂ Ad rationes ℂ Ad primā negat̄ maior: qꝛ ad rōe3 virtutis nō sufficit eē in medio: s3 requirit̄ ꝙ sit habit⁹ electiu⁹. mō verecūdia nō est hītus s3 passio. Etiā mediū i verecūdādo nō est de se laudabile nec honestū sicut mediū v'tutis: s3 est laudabile qꝛ vtile ad retrahēdū a turpitudine morali. Ad scđam dicit̄ ꝙ maior h3 veritate3 de vicijs q̄ sunt de gñe habituū moraliū vel actuū ꝛ nō de vicijs de gñe passionū: cuiusmōi sunt vicia v'ecūdie opposita. etiā ꝯña nō v3: qꝛ malū malo opponit̄ vt dicitur in postp̄dicamētis. ℂ Ad tertiā p3 solutio ex ꝯclusione rñsiua.

ℂ Et hec de quarto.

ℂ Incipit Quintus liber Ethicoꝝ.

Premittit intentum. De iusticia aūt ꝛ iiusticia intendendū. ꝛ circa quales sunt existētes opationes. ꝛ qualis medietas est iusticia ꝛ iustū: quorū mediū intētio nobis sit scđz

Diffinitio iusticie eandē methodū ijs q̄ p̄dicta sūt. ℂ Uidem⁹ vtiq3 oēs talē habitū volētes dicere iusticiā a quo opatiui iustoꝝ sunt: et a quo iusta operātur: ꝛ volūt iusta. eodē aūt modo ꝛ de iniusticia a quo opatiui iniustoꝝ sunt: ꝛ a quo iniusta faciūt ꝛ volūt iniusta. ꝑꝑ qđ et nobis primū vt in typo hec supponātur. ℂ Neq3 enī eundē h3 modū ꝛ in sciētijs ꝛ in potētijs ꝛ in habitib⁹. potētia quidē enī ꝛ scia videt̄ contrarioꝝ eadē esse. habit⁹ aūt cōtrarius ꝯtrarioꝝ nō. puta a sanitate nō fiūt ꝯtraria: sed sana solū. dicimus eī sanū ambulare qñ ambulat vt vtiq3 sanus existēs ℂ Multotiens quidē igr̄ cognoscit̄ ꝯtrarius hītus a cōtrario. multotiēs aūt habitus a subiectis. si eī sit manifesta euethia et cacethia manifesta fit. ꝛ ex hbn si habētibus euethia. ꝛ ex hac bene hūtia. si enī est euethia dēsitas carnis: necessariū ꝛ cacethiā esse raritatē carnis. ꝛ bñ habēs factiuū dēsitatis in carne. ℂ Cōsequit̄ aūt vt in multū si alterū multiplicit̄ dr̄: et reliquū multiplicit̄ dici. puta si iustū ꝛ iniustū Uidet̄ aūt multipl'r dici iusticia et iiusticia s3 ꝓpter ꝓpinquā esse ipsoꝝ equiuocationē latet. ꝛ nō quēadmodū in ijs q̄ de lōge manifesta magis. differētia eī multa q̄ scđm ideā puta quoniā vocat̄ clauis equoce ꝛ que sub collo aīaliū: ꝛ que ostia claudūt. Sumat̄ ergo iniustus quotiēs dicit̄. videt̄ aūt illegal' iniustus eē ꝛ auarus ꝛ inequalis. quare manifestū qm̄ et iustus erit legalis et equalis. iustū quidē igit̄ legale et equale. iniustū aūt illegale et inequale. Quia aūt auarus iniustus: circa bona erit nō oīa: sed circa q̄cunq3 bona fortuna et infortuniū. que sunt quide3 simplicit̄ bona. alicui aūt nō semp. hoīes autē hec orāt ꝛ ꝓsequūtur. opꝫ aūt nō: s3 orare quidē bona simpliciter ꝛ ipsis bona esse. eligere autē q̄ sibiipsis bona sunt. Iniustus aūt nō semp plus eligit: s3 ꝛ minus in simpliciter malis: s3 quoniā videt̄ et minus malū bonū aliqualit̄ eē: boni aūt est auaricia: propter hoc videt̄ auarus esse. Est aūt inequal' hoc eñ ꝯtinet et cōe ꝛ illegalis. hec aūt illegalitas vel inequalitas ꝯtinet oēm iniusticiā: et cōmune est oīs iniusticie.

Probatio diffinitiōis

Correlariū

Ly iniustū est equiuo.

Iste est quītus liber ethicoꝝ: in quo determinat aristoteles de iusticia. Et diuidit̄ in quattuor tractat⁹. In primo determinat de iusto in cōi: ꝛ de iusticia legali. In scđo de iusticia ꝑticulari: ibi. Querimus aūt. In tertio de iusto politico: ibi Quia autē. In quarto agit de epiekia: ibi De epiekia. Prim⁹ tractat⁹ ꝯtinet duo capitula q̄ patebūt in ꝓcessu. In p̄mo capitulo tria facit.

Primo ponit intentum suu. Scdo exequit: et diffinit iusticiā τ iniusticiā. Et tertio ponit multiplicitatē iusticie et iniusticie. Primo igit pponit dicēs. Cōsiderandū est de iusticia τ iniusticia circa quales opatiōes sunt. τ qualis medietas est iusticia. τ quoꝝ iustū ē mediū. τ hoc eodem mō sicut in precedētib⁹. s. grosse τ figuralit. ¶ Videmus vtiqꝫ. Hec est scda pars huius capli in qua phs diffinit iusticiā τ iniusticiā dicēs. Justicia est habitus a q̄ hoīes opatiui sunt iustoꝝ: τ a quo iusta operant et volunt iusta. Et iniusticia est hītus a quo hoīes opatiui sūt iniustoꝝ τ a quo iniusta faciūt et volūt iniusta. Et iste diffinitiones (dicit phs) supponūtur ex cōi vsu ipsorū terminorū. ¶ Neqꝫ em. Hic pbat phs p̄dictas diffinitiones. qꝛ iusticia τ iniusticia sunt habitus ꝯrij. ꝗ cōueniēter diffiniūtur p ꝯria. ꝯsiam pbat: qꝛ lꝫ eadem potentia sit cōtrarioꝝ et etiam eadem scīa: nō est tñ idē habit⁹ ꝯrioꝝ. Exemplificat in habitibus corporalib⁹. vt a sanitate nō fiunt ꝯria: sꝫ solū sana. nam dicimus sane ambulare qñ quis ambulat sicut sanus ambulat. amplior explanatio huius textus habebit ex scdo dubio sequentis questionis. ¶ Multotiens. Hic infert phs vnū correlariū q̄ habitus aliqñ cognoscit p habitū ꝯriū. qñqꝫ vero per subiectū τ rea ex quib⁹ efficit τ quas efficit. Exemplificat. vt si euethia. i. bōa habitudo sit manifesta: cacethia id ē mala habitudo erit manifesta: et si euethia ex his q̄ ipaꝫ inducūt nota fuerit: vtputa si ex dēsitate carnis cognoscat τ eꝫ ex ea notū sit bñ se habēs fm eā: tunc cacethia ex raritate in carne dephendi poterit et econuerso. ¶ Cōsequit autē. Hec est scda pars capituli: in qua. p. ponit multiplicitatē iusticie τ iniusticie p talē cōclusionē Justicia et iniusticia dr̄ multipl'r. lꝫ eaꝝ multiplicitas lateat. Primā partē pbat: qꝛ vt in pluribus si vnū ꝯrioꝝ dicat multipliciter: et alteꝝ. vt si iustū: et iniustū: τ eꝫ. sed alterū istoꝝ ꝯrioꝝ dr̄ multipl'r. igr̄ vtrūqꝫ dr̄ multipliciter. Scdam partē pbat: s. q̄ eoꝝ multiplicitas lateat. qꝛ eoꝝ significata hñt ppinquitatem. iō eoꝝ multiplicitas nō est ita manifesta sicut in his q̄ multū distāt qualia sunt illa q̄ differunt fm ideā. i. speciē. vt clauis equiuoce significat illud qđ est sub collo aīalium τ illđ quo ostiū claudit et reserat. Clauis aūt vno mō sigt instrumētū carneū quo arteria vocalis tp̄e sumptionis cibi claudit ne aliquid subintret: et in formatione vocis aperit. Alio mō significat instrumentū ferreū quo ostia claudūt τ aperiuntur. ¶ Sumat ꝗ. Hic probat minorē p̄dicte rōnis: qꝛ quidam iniustus est illegalis: et quidam auarus τ inequalis. sil'r aliqđ est iniustū illegale: τ qđdā inequale. igit manifestū est q̄ q̄dā iust⁹ est legalis: τ q̄dā equalis. τ quoddā iustū legale: τ quoddā equale Bñs pbat phs: p̄mo quo ad scdam partē. s. q̄ q̄dā iniustus sit auarus τ inequalis. τ p̄mo q̄ sit auarus: qꝛ auarus dr̄ ille q̄ excedit circa bona ea appetendo τ nō circa oīa: sꝫ circa bona fortune q̄ sunt simpl'r bona: lꝫ nō ipsi auaro. igr̄ aliqs iniustus est auarus. Assumptum pbat a signo. qꝛ hoīes orāt deū p istis bonis fortune et psequūtur ea: et tñ nō ita opꝫ p̄cari: sꝫ p̄cari opꝫ vt ea q̄ sūt simpl'r bona sint nobis bona: τ ea q̄ sunt nobis bona eligere. ꝗ aliqui excedūt in ipa bona appetendo. Deinde pbat q̄ iniustus sit inequalis. qꝛ est aliquis iniustus q̄ non plus eligit boni: sed eligit minus mali in his q̄ sūt simpl'r mala. talis aūt lꝫ videat auarus: eo q̄ min⁹ mali quodāmō videt bonum / τ auaritia est respectu boni: tñ potius est inequalis q̄ auarus. nam inequalis est in plus τ magis cōe q̄ auarus. Primā partē primi añtis pbat. s. q̄ aliqs iniustus sit illegalis: qꝛ illegalitas vl' inequalitas cōtinet oēm iniusticiā. igit oīs iniusticia est illegalitas vel inequalitas: et oīs iniustus illegalis vel inequalis.

Qualia aūt illegalis iniust⁹ erat legalis autem iustus manifestum est: qm̄ omīa legalia sunt aliqualiter iusta. determinata autē a lege positiua legalia sūt et vnūquodqꝫ eoꝝ iustū esse dicimus. ¶ Leges autem dicunt de oībus coniectantes vl' cōmuniter conferente oībus vel optimis vl' dñis vel secundum virtutem vel secundum aliquē aliū modū taliū. quare secūdū vnum quidem modum iusta dicimus factiua et cōseruatiua felicitatis τ particularū ipius politica cōicatiōe. ¶ Precipit aūt lex τ fortis opa facere. puta nō derelinquere aciē. neqꝫ fugere: neqꝫ abijcere arma. et q̄ tēperati. puta non mechari: neqꝫ conuiciari. et q̄ mānsueti: puta nō pcutere neqꝫ cōtēdere. sil'r autem τ secūdū alias ꝟtutes τ malicias. hec q̄dē iubens hec aūt phibēs. recta q̄dē igit q̄ posita recte. deterior aūt apeschediasmenos. Ipa q̄dē igit iusticia ꝟt⁹ q̄dē est pfecta. sed non simpl'r: sꝫ ad alterū. τ pter hoc multotiens p̄clarissima virtutum eē videt iusticia. τ neqꝫ hesperus neqꝫ lucifer ita admirabilis qđ et pverbiū dicētes aimus. ¶ In iusticia aūt simul oīs virtus est: τ pfecta maxime virt⁹. qm̄ pfecte virtutis vsus est. Perfecta autē est: qm̄ habēs ipam τ ad alterū pōt virtute vti: sꝫ nō solū ad seipm. multi q̄dē eni in proprijs virtute pñt vti. in ijs aūt q̄ ad alterum nō psīt. Et pter hoc bñ videt hr̄e hoc Biātis. qm̄ principatus virū ostendit. ad alterū eni et in cōicatione iā princeps. ¶ Propter hoc ipm aūt τ alienū bonū videt eē iusticia sola virtutū. qm̄ ad alterū est. alij eī cōferentia operat vel principi vel cōi. ¶ Pessim⁹ quidē igit q̄ τ ad seipm τ ad amicos vtit malicia. optimus aūt nō q̄ ad seipm virtute: sed qui ad alterum. hoc eī opus difficile. ¶ Hec quidem igit iusticia non pars virtutis: sed tota virtus est. neqꝫ cōtraria iniusticia pars malicie: sꝫ tota malicia. ¶ Quid aūt differt virtus τ iusticia hoc manifestum ex his q̄ dicta sunt. est q̄dē eni eadē. esse aūt nō idē: sed scdm q̄ ad alterū q̄dem iusticia. scdm aūt q̄ talis habitus: simpliciter virtus.

Istud est scdm capitulū huius tractat⁹ i quo phus determinat de iusticia legali. Et ponit tres ꝯclones cū trib⁹ correlarijs. ¶ Prima ꝯclusio est. oīa legalia sunt aliqualiter iusta. Probat phs dupliciter. primo: qꝛ vt iam dictū est illegalis

Margin notes: Diffinitiões iusticie et iniusticie — Correlariū — Cōclusio declarās equiuocatiōē horū nominum — Prima cōclusio de iusticia legali. — Secunda — Tertia. — Primū correlarium. — Secundum — Tertium. — De iusticia legali. — Prima cōclusio elucidata

galis est iniustus: et legalis iustus. ꝗ ⁊ legalia iusta. Se-
cūdo probat ꝓ quid nōis iusti legalis. q: legalia sūt q̄ a
lege positiua determinata sūt ⁊ cōstituta. sȝ q̄lz tale di-
Secūda cōcl'o cimus esse iustū: igr̄. ¶ Leges autem. Scđa ꝯcl'o. oīa
factiua et cōseruatiua felicitatis et partiū eius in ciuili
cōicatione dr̄ iusta legalia. Probat phs: q: leges con-
iectando de oīb⁹ dictant q̄ sunt vtilia vel oīb⁹ vel opti-
mis vel dn̄is: siue sint fm virtutem siue fm aliū modū
ergo oīa factiua et cōseruatiua felicitatis et coꝝ q̄ ad fe-
licitatē ordinant in politica cōicatiōe sunt iusta legalia
Tertia. ¶ Precipit aūt. Tertia cōcl'o. iusticia legalis est perfe-
cta virtus nō simpl'r sed ad alterū. Primā partē ꝓbat
phs: q: lex precipit oīm virtutū actus: et ꝓhibet oīm vi-
cioꝝ actus: ꝗ iusticia legalis est pfecta virtus. Añs ꝓ-
bat inductiue: q: lex p̄cipit opa fortis facere. puta nō re-
linquere aciē: neq; fugere: neq; abiicere arma. silr opa
tēperati: vt nō mechari nec vti libidine. ⁊ opa mãsueti:
puta nō pcutere neq; cōtendere ⁊ sic de alijs virtutibus
⁊ vicijs. hec scȝ opera virtutum iubēs. hec scȝ opa vicio-
rū ꝓhibēs. ⁊ hoc recte facit lex q̄ recte posita est. deteri⁹
vero facit apeschediasmenos. i. lex q̄ incōsulte positā ē
igr̄. Scđam partē ꝓbat phs scȝ q est pfecta virtus ad
alterū tribus rōnib⁹. ¶ Prima rō est. q: ꝓpter hoc q
iusticia legalis est ad alterū: ipa videt p̄clarissima vir-
tutū eē: ⁊ neq; hesperus neq; lucifer est ita admirabi-
lis. vt cōi ꝓuerbio dici solet: igit. ¶ In iusticia aūt. Se-
cūda rō. iusticia legalis dr̄ simul oīs virtus ⁊ maxie pfe-
cta virtus. q: non est vsus pfecte virtutis. sed pfecta vir-
tus est qua habēs ipam pōt vti nō solū ad seipȝ sȝ ad al-
terū. ꝗ iusticia legalis est pfecta virtus in ordine ad al-
terū. Minorē ꝓbat. q: multi psūt vti virtute ad se q̄ non
psūt vti virtute ad alterū: ⁊ ꝓpter hoc laudat dictū Bia-
tis dicētis. principatus virū ostendit. q: principatus ē
ad alterū et coꝝ q̄ simul cōicant: igit. ¶ Propter hoc
autem. Tertia rō. sola iusticia inter oēs virtutes videt
eē alienū bonū ꝓpter hoc q ipa est ad alterum. nā ipsa
operat q̄ vtilia sunt alteri: puta principi vel cōitati: igr̄.
Primū correla-rium. ¶ Pessimus quidem. Hic infert phs tria correlaria.
Primū est. licet ille sit pessimus q̄ vtit malicia ad se ⁊
ad amicos: nō tñ ille est optimus q̄ vtit virtute ad se: sȝ
q̄ vtit virtute ad alterū. ꝓbat: q: hoc opus est difficile ⁊
Secundum difficilius q̄ vti virtute ad se: igit. ¶ Hec q̄dē igit. Se-
cūdū correlarium. iusticia legalis nō est pars virtutis:
sed est tota virtus. silr iniusticia legalis nō est pars ma-
Tertium. licie: sȝ tota malicia. ¶ Qui d aūt. Tertiū correlariū. lȝ
iusticia legalis ⁊ virtus sint idem: differūt tñ rōne. q: di-
citur iusticia fm q est ad alterū. ⁊ dr̄ virtus fm q est ta-
lis habitus.

Qō moralis. Q Uerit vtrū diffinitio iusticie sit bona: qua dr̄.
iusticia est habitus a quo opatiui sunt iusto-
rū / ⁊ a quo operātur iusta ⁊ volūt iusta? ¶ Et
videt q nō. q: leges diffiniūt iusticiam: q est
cōstans ⁊ ꝑpetua volūtas ius suū vnicuiq; tribuēs. In
qua diffinitione exprimitur cōstantia volūtatis ⁊ perpe-
tuitas ⁊ v'litas. quoꝝ nullū exprimit ista diffinitio: igr̄.
¶ Scđo argr̄. nō operādo ⁊ volendo iusta sed iuste ope-
rando ⁊ volēdo efficimur iusti. vt dr̄ scđo ⁊ quinto hu-
ius. ꝗ in p̄dicta diffinitiōe debet poni iuste ⁊ non iusta.
¶ Tertio arguit. predicta diffinitio non conuenit oī cō-
tento sub diffinito. ꝗ non est bona. Añs ptȝ quis nō cō-
uenit iusticie dormientis vel non operantis. ¶ In op-
positum est Aristoteles in primo capitulo huius libri.

Jus/iustū/lex iusticia et iusti ficatio differūt dicit buridan⁹ ¶ Sciendum Primo q fm Buridanū ius / iu-
stū / lex / iusticia / ⁊ iustificatio dif-
ferūt. Est enim ius preceptū dn̄i vel ordīatio circa sub-
ditos et ea q̄ psūt cadere sub potestate subditoꝝ. et dn̄s
ille potest esse vel deus vt in iure diuino. vel natura vt ī
iure naturali. vel homo vt in omni iure humano. No-
tanter dicit ordinatio dn̄i: q: par in parē nullū ius insti-
tuit. Justum aūt est qđ vnicuiq; fm ius. i. fm dn̄i prece-
ptum vel ordinationem ꝯcessum est. vt si dn̄s p̄cipit ali-
qua esse cōia: iustum est illa eē cōia. Et scriptura littera-
lis in libro vel naturalis in animo preceptum dn̄i ⁊ de-
bitum subditi notificans dicit lex. Et iusticia est duplex
quedam est pertinens ad dn̄m. alia est ptinens ad sub-
ditum. Justicia dn̄i est virtus: q: dn̄s inclinat ad preci-
piendum ⁊ ordinandū circa ea q̄ ꝓdesse possunt subdi-
tis vel obesse in bonū ipoꝝ. Justicia subditi est virtus
qua subditus inclinatur ad p̄ceptū seu ordinatōnē dn̄i
obseruandā. Justificatio est opatio a iusticia ꝓueniēs.
q aūt ista distincta sint lȝ multi indistincte eis vtantur
ꝓbat. Nam iusticia dn̄i prior est iure vt cā eius: ⁊ ius
prius est iusto: q: est cā eius. ⁊ hec oīa priora sunt insti-
cia subditi. Duo prima ꝓbat phs: q: anteq̄ aliquid iu-
stum fiat opȝ q precedat ordinatio dn̄i ⁊ institutio. hec
autem ordinatio est ius ⁊ procedit a iusticia dn̄i volen-
tis oīa ordinare ad bonū subditorū. ⁊ sic iusticia dn̄i p̄-
cedit ius: ⁊ ius / iustum. Ultimū patet: quia ex eo insti-
cia subditum in aliquid inclinat. q: ipm est iustum: et
ipm est iustum: q: fm ius. Ex quibus sequitur: q lȝ oīs
iustificatio sit iustum: non tamen oē iustum est iustifica-
tio. Primū patet: q: oīs iustificatio est fm dn̄i ordina-
tionem cōcessa / p̄cepta / vel ꝑsuasa. Scđm ptȝ: q: oīs iu-
stificatio est opatio. sed non oē iustū est opatio: q: aliqđ
iustum est res opata manens post opationem. si autem
opatio principaliter p̄cipiat: tunc ipa ē iustificatio ⁊ iu-
stum principale. si aūt nō p̄cipiat opatio pricipalr̄. tūc
opatio erit iustificatio et iusta: sȝ nō principale iustum.
Ista non vident multis v'liter vera. Non q̄dem qđ di- Cōtra Bu-
cit q ius ē ordinatio. Nā in iure nature nulla videt pe- ridanum
nitus ordinatio: neq; actus ordinātis. nisi forte act⁹ di-
uine volūtatis sic volētis. Scđo falsum videt q ius oē
sit ordinatio dn̄i. nam ius qđ ciues inter se mutuo con-
sensu cōstituūt nō videt eē ordīatio dn̄i. silr cōuētio dua-
rū ciuitatū inter se: quarū neutra hȝ dominiū supra al-
terā ius videt. ⁊ tñ ibi nō ē aliqua ordinatio dn̄i. Etiam
ex pacto ius nascitur. ⁊ tñ coꝝ q̄ paciscūt nullus ē dn̄s
sup alterū. Nec valet qđ dicit: q par ī parē nullū ius in-
stituit. verū est nisi ex cōsensu ei⁹ in quē ius instituitur.
vel pōt dici q in pacto vnus nō īstituit ius alteri: sȝ vnus-
quisq; sibi ius instituit p cōsensum suū ex forma pacti.
Item nō oē ius est obligatoriū eius cui est ius: vt pȝ de
iure īmunitatis. ꝗ nō oē ius rōne obligatiōis exigit do-
minū. Tertio deficit in hoc qđ dicit q oīs ordinatio do-
mini in subditos est ius. q: quedā ē īius ⁊ nephas. sed
dȝ addi rōnabilis. Qđ aūt dicit q iusticia dn̄i precedit
ius / improbat: q: aut capit iusticiam dn̄i ꝓ habitu aut
ꝓ actu aut cōiter ad vtrūq;. nō ꝓ hītu. q: possibile ē q
illa consilentio sit primus actus prudētie quē circa ta-
lem materiā habuit. nec ꝓ actu. q: possibile est q aliqs
princeps ordinet qđ ē in rei veritate in vtilitatē subdi-
toꝝ. ⁊ tñ credat illđ eē in vtilitatē suā priuatam. ⁊ q: ita
credit sic ordinat. Tūc argr̄ sic. hec ordīatio ē verū ius:
⁊ tñ cōstat q ordinās nō ē iustus neq; in actu neq; ī ha-
bitu: igit. Et lȝ ad hec fortassis diceret q Buridan⁹ lo-
cutus est de p̄dictis fm cōem modū loquendi: ꝓ nūc tñ Differ-
dr̄ q nō est facienda dr̄ia inter ius et legē: nisi sicut īter habent
genus ⁊ speciem. nā aliqđ ius est lex ipsa. s. ius legale. ius et
aliqđ ius est cōsuetudo. aliqđ pactū. aliqđ iudicatū fm
diuersas spēs iuris. vel pōt dici q ius est obligatio vel

facultas ad aliquid faciendū vel nō faciēdum ex lege/ cōsuetudine/iudicato/vel pacto nata. Dr̄ obligatio ꝑꝑ ius subditi. ꝛ facultas ꝑꝑ ius dn̄i. ꝛ ista obligatio ꝛ ista facultas fm̄ aliquos sūt cōplexe significabilia scꝫ subditum ad hoc teneri: ꝛ dn̄m hoc rōnabiliter posse. ordinatio vero a qua ꝓuenit ꝙ iste hoc possit et ille ita teneat: dr̄ lex. et aliqn̄ id vnde hoc ꝯtingit ē cōsuetudo. aliquādo iudicatū. aliqn̄ pactum. Justū autem est subditi opatio obligationi cōformis vel opatio dn̄i facultati sue cōsentanea. vel si ibi nō sit dn̄s neqꝫ subditus: tunc iustū erit opatio cōformis pacto vel cōsuetudini. ex istis aūt opationibus q̄ iustificatōes sunt: siue sint actus interiores siue exteriores iusticia nascit̄. Et si queras ordinē inter hec: dr̄ ꝙ ordinatio illa q̄ est lex vel cōsuetudo vel pactū est prior ceteris. Deinde ius tertiū iustificatio. q̄rtum iusticia. nā sine quocūqꝫ habitu iusticie pn̄t fieri dictamina obligatoria ꝛ pn̄t introduci ꝯsuetudīes laudabiles et pacta pacisci.

Sciendum scd̄o ꝙ lꝫ anteq̄ sit acquisitus in nobis habitus iusticie velimus ꝛ etiā operemur iusta: tn̄ talia iusta nō operamur ꝑ iusticiam. sed eoꝝ cā sunt dictamen prudētiale cū ipa volūtate: q̄ nō est inclinata ad operandū iusta. cum nullū habeat habitum: nisi forte habuerit aliquam dispositiōeꝫ naturalē ad eosdem actus inclinantē. posito aūt habitu in ipa volūtate: talis habitus inclinat volūtatē ad cōsimiles actus. Et rōne huius dicit aristo. ꝙ iusticia ē habitus a quo opatiui sūt iustoꝝ: ꝛ ad ostēdendū ꝙ habitus volūtatis cōcurrit ad ꝓductionē actus voluntatis īmediate ꝛ etiā ad ꝓductionem actus exterioris mediante actu suo: dicit aristo. et operant̄ iusta ꝛ volūt iusta id ē iuste. vl' expone. operātur iusta ꝛ volūt iusta. i. iusta volūtarie operant̄. nam vi aliqua superiore cogente bn̄ operamur iusta: nō tn̄ volumus iusta.

Conclusio responsiua. Predicta diffinitio iusticie est bene assignata. Probat̄: quia datur per genus iusticie quod est habitus. datur etiam per obiectum. exprimit etiam inclinationem quā facit iusticia in nobis: et etiam actus qui ab ea ꝓcedūt tam interiores q̄ exteriores significando iusticiam esse causam talium actuū: igitur.

iusticia moderati passionū.

Dubitatur p̄io Utrū iusticia sit moderatiua passionū? Et videt̄ ꝙ non: q: dicit aristoteles in principio huius quinti ꝙ de iusticia ꝛ iniusticia cōsiderandū est circa quales sunt existes opatiōes: igr̄ iusticia est moderatiua operationū ꝛ nō passionū. Scd̄o sic argr̄. virtus moderatiua passionū dꝫ poni in appetitu sensitiuo vbi sunt passiones irrōnales ꝛ rōni rebelles: sed iusticia est in volūtate: igit̄ nō ē moderatiua passionū. In oppositū argr̄: q: dt aristo. in p̄mo caplo sequētis tractatus iusticiā pticularē eē circa delectationē q̄ a lucro: igr̄. Pro solutiōe dubij est aduertēdū ꝙ fm̄ sctm̄ Thomā iusticia dupl'r differt ab alijs virtutibus. Primo q: iusticia principaliter ē circa opatiōes: ꝛ ex ꝯn̄ti circa passiones ꝓut homo ꝑ passiones iuuat̄ vel impedit̄ circa opationes. alie vero virtutes sunt circa passiones principaliter: ꝛ nō circa opationes nisi ex ꝯn̄ti. s. inq̄tum opationes exteriores ex interioribus passionib⁹ ꝓcedūt. Scd̄o differunt: q: iusticia est in volūtate. alie aūt virtutes sunt in appetitu sensitiuo. Sed cōtra primā differentiam sic argr̄. ad omnē virtutem cuius opinate sūt passiones obuiare: spectat prius vincere passiones q̄ opus possit virtuose. i. delectabiliter et firme exerceri: sꝫ operi iusticie plurime rebellāt passiones. vt amor/odiū/affectio lucri: igr̄. Secundo sic. ars et virtus sunt circa difficile: vt dr̄ secūdo huius. ꝗ iusticia cū sit p̄clarissima virtutū est principaliter circa ea que faciūt opa suū difficile. hec aūt sūt passiones. puta amor/odiū/timor/ꝛ sic de alijs. igr̄ circa tales passiones est principaliter iusticia. Et si dicatur ꝙ aliunde ꝓuenit difficultas circa opus iusticie q̄ ex parte passionū puta ex inuentione ꝓportionū geometricarū in distribuendo. Ad hoc dr̄ ꝙ illa difficultas nō tollitur ꝑ virtutē moralem: sed per artem vel per prudētiā. Quantum ad secundam differentiam dr̄ ꝙ non solum iusticia ponenda est in voluntate: sed etiam oēs alie virtutes: vt supra visum est. q: ad operandū fm̄ vnāq̄qꝫ ꝟtutem opꝫ electionē volūtatis eē rectam. cum virtus moralis sit habitus electiuus: ꝛ electio recta faciat operationem rectam: sed voluntas ad hoc ꝙ prompte ꝛ delectabiliter exeat in tales actus indiget aliquo habitu ipam ad hoc inclinante: igr̄ oīs ꝟtus moralis est in voluntate collocāda. Et sic respondet̄ ad dubiū. primo ꝙ iusticia nō solum est circa opatōes: sꝫ etiā principalit̄ circa passiōes. Dr̄ scd̄o ꝙ alie virtutes nō solū sūt circa passiones: sed etiam circa opationes. Dr̄ tertio: ꝙ alie virtutes a iusticia nō solū sunt in appetitu sensitiuo: sꝫ ꝛ ꝓprie loquendo in sola volūtate. vt patuit in p̄mo libro. Et ad primā rōnem dr̄ ꝙ aristo. illud dicit ex eo ꝙ iusticia sicut et alie virtutes est circa opationes. ꝛ nō loquit̄ cū exclusiōe: imo dicit iusticiā eē circa delectationes q̄ a lucro. Ad scd̄am cōceditur ꝙ in appetitu sensitiuo opꝫ ponere habitum: siue sit ꝟtus siue nō inclinātem ipm̄ ad obediendum rōni ꝛ imperio voluntatis: sꝫ magis in voluntate imperante vt appetitus sensitiuo ꝑfecte dominetur. — Responsio ad dubium

Dubitatur scd̄o Utrū hītus sit ꝯ̄rioꝝ? Et videtur ꝙ sic. q: liberalitatis actus non solum est dare ꝛ expēdere: sed etiam accipere ꝛ seruare. vt supra in quarto libro visum est. Sil'r fortitudinis est aliqn̄ fugere (qn̄ scꝫ opꝫ) ꝛ aliqn̄ aggredi (qn̄ etiā opꝫ) sed isti actus sunt ꝯ̄rij: igr̄. Et cōfirmat̄. virtuosi est opari aliqn̄ debiliter ꝛ remisse. aliqn̄ vero fortiter et intense: igr̄. Scd̄o sic. scīa est ꝯ̄rioꝝ: ꝗ ꝛ hītus. ꝯn̄a patet: q: oīs scīa est habitus. In oppositum est aristoteles in p̄mo caplo huius libri. Pro solutiōe dubij aduertendū ꝙ hic non accipit ph̄s nomen habitus cōiter vt se extendit tam ad habitus morales q̄ intellectuales: q: sic oīs scīa est habitus: sed accipit ipm̄ stricte solū pro habitibus moralibus. ꝛ ꝑ hoc soluitur scd̄a ratio ante oppositum dubij. Et q: dicit ph̄s ꝙ habitus nō est ꝯ̄rioꝝ sꝫ scīa ꝛ potētia: ideo p̄io vidēdū est quō habit⁹ nō est ꝯ̄rioꝝ. scd̄o quō scīa est ꝯ̄rioꝝ. et tertio quō potentia. Quantum ad primū est aduertendum ꝙ operationes ꝛ passiones ad quas inclinant habit⁹ morales pn̄t dupl'r cōsiderari. Uno mō fm̄ suā substantiā. Alio mō sub rōne boni vel mali moraliter: ꝛ fm̄ hoc ille opationes dupl'r pn̄t dici ꝯtrarie. vel fm̄ substantiam earꝫ vel cōtrarietate boni et mali. Tunc dr̄ primo ad dubiū ꝙ vnus ꝛ idem habitus virtuosus est iclinatiuus ad cōtrarias opatōes fm̄ substantiam. non solum exteriores sed etiā īteriores tanq̄ cā partialis: aut cōcurrentib⁹ diuersis alijs causis. sed non tanq̄ cā totalis siue ceteris cōcausantibus sil'r manentibus. Probatur p̄ia rōne ante oppositum dubij. nam fortitudo īclinat ad velle fugere ꝛ ad nolle fugere: sꝫ aggredi ꝯcurrentib⁹ diuersis dictaminibus rōnis. Scd̄o dr̄ ꝙ attendendo ꝯ̄rietateꝫ p̄io modo vnus et idē hītus viciosus bene est ꝯ̄rioꝝ cōtrarietate medij ad extremū: sed non cōtrarietate extremi ad extremū siue contrarietate supabundantie et — An habitus sit contrariorum. — Responsio.

o thome

tr̄a.

defectus. Prīa pars probat: qz habitus virtuosus inclinat isto mō qñqz ad mediū ⁊ qñqz ad extremū ſm diuersa indicia rōnis. vt fortitudo ad extremā opationez in sustinendo. nā ſm phm tertio huius. nullus magis sustinet pericula ꝙ fortis: sed ꝓ tunc nō inclinat fortitudo ad alteram extremā opationē vel mediā: eo ꝙ ratio hoc non dictat. ꝗ ad illas alias opationes inclinat vicium fortitudini oppositū vel inclinaret si inesset. et nō diuersa vicia saltem ſm oppositum asserentes: sed vnum puta timiditas. ꝗ idem viciū inclinat ad cōtrarias opationes ꝯrietate mediꝫ ⁊ extremi et ſm substantiam. Secūda pars ꝓbat: qz opationes ex quibus aggeneratur vnus et idem habitus viciosus sunt oēs supabūdātes vel simpliciter vel in respectu: vl' oēs deficientes etiam ſm substantiam opationū. ⁊ cum quilibet habitus īclinet solum ad opatōnes eiusdem rōnis cum illis ex qb' est generatus: sequitur ꝙ nullus habitus viciosus inclinat ad opationes extremas ſm substantiam. ¶ Tertio dicitur ꝙ nullus vnus ⁊ idem habitus inclinat ad ꝯrias operationes ꝯrietate boni ⁊ mali. Probat: quia oēs opationes ad quas inclinat habitus virtuosus sūt bone sicut et ille ex quibus est genitus. ⁊ oēs ille ad ꝗs inclinat habitus viciosus: viciose. ⁊ hoc intellexit Aristoteles volens ꝓbare ꝙ iusticia ⁊ iniusticia cōuenienter describit p ꝯrias opationes: qz iusticia inclinat ad operādū ⁊ volendū iusta. iniusticia vero ad īniusta. ¶ Et

Obiectio

si dicat ꝙ idem habitus intemperantie inclinat ad appetitū comedēdi ꝗ p horā cōtinuat: ⁊ pt stare ꝙ ille appetitus p primā medietatē hore sit bonus ⁊ p secūdam viciosus. igit. Item frequenter audacia inclinat ī actū mali: et etiā inclinat in actū bonū ⁊ dictatū a rōne: quia cōtingit ꝙ audax p audaciā inclinet ad aggrediendum vbi ⁊ qñ recta ratio dictat eē aggrediendum. ꝗ idē habitus inclinat ad ꝯria ꝯrietate boni ⁊ mali. ¶ Ad pmū

Responsio.

istoꝝ distinguit maioꝛ. vel idē habitus in volūtate existens ꝗ dr̄ p se ⁊ intrinsece malus. ⁊ sic negat: imo habitus intēperātie nūꝗ inclinat ad appetitum comedendi laudabilem. vel idem habitus in appetitu sensitiuo existens: et sic cōcedit maioꝛ. qz cū talis nō sit intrinsece bonus vel malus: sicut nec actus ab eo elicitus: sꝫ solū extrinsece. iō nō est incōueniēs ꝙ inclinet successiue ad actus bonos ⁊ malos. ¶ Ad scōm dr̄ ꝙ oīs aggressus ad quē inclinat audacia est moraliter malus. nā vl' fit vbi nō opꝫ vel qñ nō opꝫ vel ꝓpter finem ꝓpter quē nō opꝫ. ⁊ si de facto audax velit aggredi ſm dictamē recte rōnis: tunc illa volitio non elicit ab habitu audacie nec ab eodē habitu īperat aggressuo recte rōni ſꝫ oēm circūstantiā cōformis: sed elicit a volūtate mediāte dictamine recte rōnis. ⁊ est prim' actus fortitudīs. ¶ De sciendo autē dr̄ ꝙ sciā vna pōt accipi dupl'r. Uno mō collectiue ꝓ aggregatione pluriū habituū attributionē ad vnū subiectū hūtiū. ⁊ sic manifestū est ꝙ vna scia est ꝯrioꝝ. Alio mō accipit sciā vna ꝓ habitu vnius conclusionis. et tunc dr̄ ꝙ ille habitus dr̄ eē aliquoꝝ dupl'r Uno mō tanꝗ obiecti: ⁊ hoc adhuc dupl'r. Uno mō tāꝗ obiecti adequati. ⁊ sic nō videt ꝙ idē habitus sit ꝯrioꝝ Alio mō tanꝗ obiecti inadeqti: ⁊ sic idem habitus bn̄ est ꝯrioꝝ: vt habitus quo cognosco ꝙ albū nō est cōgregatiuū visus: est ꝯrioꝝ scꝫ albi et nigri. cū p subiectū cognoscat albū: ⁊ p predicatū nigrū. sil'r habitus hui' cōclusionis omne cōtrariū dictum multipl'r habet ꝯriū dictum multipliciter: est ꝯrioꝝ. et iste sensus videt multū cōformis intentioni aristotelis. Alio mō adhuc pōt itelligi ꝙ sciā eadem sit ꝯrioꝝ: vnius īmediate ⁊ alteri' mediate. ⁊ hoc etiam est verū. nam sciā huius: sanū dr̄ multipliciter est immediate sciā sani: ⁊ mediate sciā egri: qz noticia dicte ꝓpōnis est cāpartialis cognoscēdi ꝙ egrū dr̄ multipl'r. ⁊ ad hūc sensum intelligendū est ꝙ vnum ꝯrioꝝ p alterū cognoscit: ⁊ priuatio p habitū. ¶ Quātum ad potentias dicit Gerardus: ꝙ hic aristoteles loquit de potentijs rōnalibus ꝗ ſm aristotelē scdo periarmenias valēt ad opposita: ⁊ nō de irrōnalib'. Sꝫ hoc nichil est. nam idē visus est oppositoꝝ. s. albi et nigri. et idem intellectus nūc elicit errorē nunc vero actū sciendi. sil'r idem appetitus sensitiuus nūc audet plusꝗ opꝫ nunc timet plusꝗ opꝫ. nūc fortiter appetit ⁊ ſm ꝙ opꝫ. Nec valet obiectio de potētijs irrōnalibus. nam nō negat phs ꝙ potentie irrōnales valeant ad opposita: sed differunt a rōnalibus p hoc ꝙ rōnales ceteris alijs positis que requiruntur ad agendum possunt agere ⁊ nō agere. irrationales vero ceteris alijs a se positis nō pñt non agere. vt visus positis ceteris alijs a se puta obiecto ⁊ medio et debita approximatione ⁊c. nō potest non videre. cum hoc tamen stat ꝙ potest videre et non videre. ¶ Rationes ante oppositum dubij soluūt ex dictꝭ.

¶ Dubitatur tertio Utrum iusticia legalis sit virtus spē distincta ab alijs virtutib' moralibus? ¶ Et videtur ꝙ non per aristotelē in secundo capitulo huius primi tractatus dicentem. Hec quidem igitur iusticia non pars virtutis est: sed tota virt'. sed totū non distinguitur a suis partib' simul sumptis: igit. ¶ Secundo sic argt. diuerse virtutes habent diuersa obiecta et opera: sed iusticia legalis nō habet distincta obiecta nec opera ab obiectis et operibus aliaꝝ virtutum: igit. ¶ In oppositum argt. nisi sic: sequeret ꝙ ipa nō eēt preclarissima virtutū. sequeretur etiam ꝙ non ipa sola eēt ad alterū. que oīa sunt cōtra aristotelez in littera. et ꝯña est clara. ¶ Pro solutōne dubij aduertendū est ꝙ de isto dubio diuerse sunt opiniones. Quidam dicunt ꝙ alie virtutes ꝑficiunt hoīez in se. iusticia vero legalis ꝑficit hoīem in ordine ad bonū cōe: et ita sunt ibi diuersi fines ex quibus cōsequitur diuersitas formalis operationū ⁊ obiectoꝝ. Alij dicūt ꝙ virtutes particulares intēdunt corpus aliquod inꝗtū est honestū operāti. Justicia vero legalis ītēdit illud opus ſꝫ ꝙ operās est ad tale opus obligat'. vt si tradas michi decē: qz tu ea michi debes: est opus iusticie. si ꝟo nō obligatus tradas michi decem: qz hoc tibi videt bonū ⁊ honestū: est opus liberalitatis. Et qz obligatio est duplex: vna qua subiecti dn̄o obligant. alia qua subiecti inter se obligant. Ideo dicūt ꝙ duplex est iusticia. vna legalis ꝗ subiecti operātur: qz ad operādū dn̄o obligāt. alia eqlis ꝗ subiecti operāt ex eo ꝙ ad seīuicē obligāt: ita ꝙ agibilia hūana ſm rōnem debiti sūt obiecta iusticie: sꝫ sunt obiecta aliaꝝ ꝟtutū ſm rōnem honesti. Alij ꝟo dicūt ꝙ sicut pter particulares prudētias directiuas operationū specialiū virtutū exigit prudētia cōis: ꝗ cōiter de oīb' agibilib' cōferat cōparādo ea adīuicē ſm diuersas circūstantias. ita pter habitus morales inclinātes ad opa dictata p speciales prudētias exigit hit' ꝗdam cōis inclinās ad opationes dictatas p prudētiā cōmunē et gñalē. et talis vocatur iusticia legalis. ꝟbigra. si simul occurrat materia pluriū virtutū ⁊ nō possum' simul agere ſm quālibet: tūc ad prudētiam cōem ptinet dictare ꝗd potissimū sit agēdū ꝯformit ad dictamē talis prudētie. Est alia opinio buridani his oīb' ꝯria dicentis ꝙ moralis virt' est duplex. Una ꝗdē simplex ꝗlis ē vnaqꝗ specialis virt'. Alia aūt ē ꝯposita ꝗ scꝫ est ex oīb' simplicibus cōposita ⁊ aggregata p eaꝝ adīuicem ⁊ ad prudentiam cōnexionē. talis aūt congregatio

An iustic[ia le]galis sit [spe]cie distin[cta] ab alijs.

Opinion[es]

virtutū dr virtus ſm q̄ opus habentis bonū reddit. dr
vero iuſticia inq̄tū tendit ad bonū et ad aliū opat. Iſta
aūt iuſticia ſubſtātialit ab vnaquaq̄ ſpāli xtute differt
et ſubſtātialiter cū vnaquaq̄ ꝯuenit ſicut totū cū quali
bet ſui parte. Sed nec iſta opinio videt vera: nec forte
aliqua precedentiū ſufficiēs. ſed vna per alterā explicā
da videtur. Pro quo eſt aduertendū: q̄ diſtinctio iuſti-
cie legalis poteſt ſumi ex aliquib⁹ paſſib⁹ text⁹. Dicit
enī ariſtoteles in tertio capitulo huius p̄mi tractat⁹:
q̄ iuſticia legalis eſt pfectiſſima virtus: q: ad alterum:
Dicit vlterius: q̄ eſt vſus perfecte virtutis. ſed ꝯtrouer
ſia eſt quō ſit intelligendū q̄ ſit ad alterū. hoc aūt videt
ſumendū ex altero dicto ariſtotelis in eodē caplo vbi lo
quēs de iuſto legali dicit quare ſm vnū quidē modū iu
ſta dicim⁹ actiua ꝛ cōſeruatiua felicitatis ꝛ particular
ipſius in politica cōicatione. Ex quo ſeqtur q̄ iuſticia le
galis eſt habit⁹ inclinās nos ad operandū ea q̄ ſunt fa
ctiua ꝛ cōſeruatiua felicitatis in ciuili ſocietate. Ex quo
patet: q̄ (vt dicit prima opinio) vnaqueq̄ virtus parti-
cularis perficit hominē in ſe. Iuſticia vero legalis per-
ficit hoīem in ordine ad bonū cōe. ꝛ eſt circa bonū com-
mune tanq̄ circa finem vltimū. nō ſimpliciter: ſed inter
fines ſubordinatos fini vltimo ſimplr. ita q̄ iuſtus tali
iuſticia agit opus ſuū qd eſt ſibi honeſtū. ſiue ſit priuatū
ſiue publicū vt finaliter ꝓcuret felicitatē aut aliquā p-
tem ei⁹ ciuitati vel cōitati. ꝛ q: fere oīa per q̄ ꝓcurari pt
felicitas in ciuili cōmunicatione a legiſpoſitiua p̄cepta
ſunt: et ea prohibita per que īpediri poteſt. ideo ad ea q̄
per iuſticiā legalē agimus obligamur ꝛ tenemur. et ſic
hec opinio aliquid veritatis attigit. Sed q: etiā per for
titudinē id agim⁹ ad qd agendū tenemur: ideo hec opi
nio nō videt ſufficiēter diſtiguere iuſticiam legalem ab
aliis. Et q: ſꝫ ariſtotelē: ad iuſticiā legalē ptinet omniū
virtutū vſus. ꝛ ad procurandā felicitatē in ciuili cōmu-
nicatione vſus vnius virtutis eſt magis neceſſarius: q̄
vſus alterius. ideo ad ipſam ptinet prudētia collatiua
inter diuerſas operationes virtutū que eaꝝ eſt magis
neceſſaria cōmunitati. et ſm hoc dictare q̄d agendū vel
nō agendū ſit. ad ipſam etiā pertinet inclinare ad id qd
per tale dictamē fuerit ſententiatū. et ſic inclinat ad pre
ferēdū bonū cōe bono priuato. Propt qd dicit. p. q̄ ipſa
eſt p̄clariſſima virtutū ꝛ circa difficilē ita q̄ neq̄ heſpe-
rus neq̄ lucifer ē ita admirabilis. ¶ Iſto notato dr ad
dubiū: q̄ iuſticia legalis eſt habitus ſpecie ꝛ eētialiter
a virtutibus particularib⁹ diſtinctus. Probatur: quia
quorūcunq̄ habituū actus eliciti ꝛ īmediati ſunt ſpeci-
fice ꝛ eſſentialiter diſtincti: illi ſunt ſpecie ꝛ eſſentialiter
diſtincti. ſed actus elicitus iuſticie legalis eſt ſpecifice ꝛ
eſſentialiter diſtinctus ab vniuſcuiuſq̄ virtutis actu: et
ab omniū virtutū actu ſi aliquis ſit talis. igitur. Maior
patet q: habitus diſtinguūtur per actus: ꝛ act⁹ per ob-
iecta. Et minor probat. q: omnis actus habēs aliquid
pro obiecto qd nō habet alius actus pro obiecto: eſt ab
eo ſpecifice diſtictus. ex quo act⁹ diſtinguūtur p obie-
cta. ſed act⁹ iuſticie legalis habet obligationē legis ꝓ
obiecto. habet etiā bonū cōmune ꝓ fine: q̄ nullus actus
virtutis particularis hꝫ. habet preterea aliā prudētiam
dictatiuā a prudētiis virtutū particulariū. igitur actus
eius diſtiguitur ſpecie ab actibus virtutū particulariū.
¶ Et ad primā rationē dubij dicit: q̄ tripliciter pt intel
ligi q̄ iuſticia legalis nō eſt pars virtutis. Uno modo q̄
nō ſit pars ſubiectiua virtutis. ꝛ ſic negat. Scdo modo
q̄ nō eſt pars virtutis. i. aliqua prior virtutū: ſed ē tota
virtus. i. omnes xtutes p̄cedētes per equiualētiā. ꝛ ſic
ꝯcedit: Tertio mō q̄ nō eſt pars virtutis. i. nō eſt virtus
ſpecialis inclinās ad aliqd opus circa materiā certā et
determinatā: ſed eſt tota virt⁹. i. oīs virtus p equalētiā
et ſic intellexit ariſtoteles. p iuſticiā eīn legalē opamur
têperata nō tēperate ꝓpē ſꝫ iuſte. ꝛ fortis nō fortiter ꝓ-
prie ſꝫ iuſte. ꝛ ſic de aliis. Ex qb⁹ ſeqtur: q̄ hitus corrñ-
dētes iuſticie legali in appetitu ſenſitiuo ꝛ potētiis exe
cutiuis (ſi aliq̄ ſint in illis) nō ſunt alij ab habitib⁹ cor-
reſpōdentib⁹ in talib⁹ potentiis ſpecialib⁹ virtutib⁹: q:
tales operationes ſunt eedē ſm ſpeciē. ꝛ ſic patet q̄d ſit
dicendum ad ſecundā rationem.

¶ Ad rationes ad oppoſitū q̄ſtiōis. ¶ Ad p̄mā
dr q̄ illa diffinitio iuſticie nō dat
de iuſticia ī tota ſui cōitate: ſed de iuſticia q̄ eſt circa ter-
tiū preceptū iuris. qd eſt ius ſuū vnicuiq̄ reddere. con-
ſtantiā vero ꝛ ppetuitatē iuſticie per quas lex intelligit
eius difficultatē īmutādi. ariſtoteles cōprehēdit ſub no
mine habitus. de vniuerſalitate dr: q̄ ſermones diffini
tiui ſunt p ſe: ꝛ p ſe ſupponit de oī. ¶ Ad ſcdam ꝯcedi-
tur aīs ꝛ negat ꝯña. q: licet nō oīs operās vel volēs iu
ſta ſit iuſtus: oīs tñ operās ꝛ volēs iuſta per habitū iu-
ſticie q̄ ad ſingulas actus circūſtātias eſt iuſt⁹ ꝛ opat ꝛ
vult iuſte. ¶ Ad tertiā dr: q̄ illa verba in diffinitiōe ca-
piuntur vt dicunt aptitudinem.

Querim⁹ aūt eā q̄ in parte vir- *Prima cōclo*
tutis iuſticiā. eſt ei q̄dā vt dici
mus. ſilr aūt ꝛ de iuſticia q̄ ſm
partē. Signū aūt q̄m eſt. ſcdm
alias quidē ei malicias q̄ ope-
ratur iniuſte quidē facit. auare autē facit ni
chil. puta qui abiecit clipeū ꝓpter timorem
vel qui maledixit propter irā. vel qui nō ad
iuuit pecuniis propter illiberalitatē. qñ aūt
auare facit: multotiēs neq̄ ſcdm vnā taliū
ſed tñ neq̄ ſcdm omēs. ſcdm maliciā autem
quandā vituperamus eū. et ſcdm iniuſticiā
eſt ergo alia quedam iniuſticia vt pars que
dam totius. et iniuſtum quoddā in parte to
tius iniuſti eius qd preter legem. ¶ Adhuc
ſi hic quidē lucrādi gratia mechatur ꝛ acci-
piat. hic aūt apponēs et iacturā patiēs pro-
pter cōcupiſcentiā: iſte quidē luxurioſus vi
debitur vtiq̄ eſſe magis q̄ꝫ auarus. ille autē
iniuſtus. luxurioſus autē nō: manifeſtū enī
quoniā ꝓpter lucrari. ¶ Adhuc circa alias
quidē omnes iniuſtificationes fit relatio ad
quandam maliciā ſemper. puta ſi mechatus
eſt: ad luxuriā. ſi dereliquit ducem exercit⁹:
ad timiditatem. ſi percuſſit: ad irā. ſi autē lu-
cratus eſt: ad neq̄ vnam maliciā: ſed vel ad
iniuſticiā. quare manifeſtū q̄m quedam iniu
ſticia preter totam aliā in parte. ¶ Uniuo- *Secunda.*
cs quoniā diffinitio in eodem genere. ambe
enim in eo quod ad alteꝝ habēt potentiam.
Sed hec quidem circa honorē vel pecunias
vel ſalutē / vel ſi quodā habeamus vno noīe
cōprehendere hec oīa et propter delectatio
nē q̄ a lucro. hec autē circa omnia quecunq̄

Epilogatio studiosus. ¶ Quoniam quidē igitur sunt iusticie plu-
res. et quoniam est quedā ⁊ altera p̄ter totā virtutē:
manifestum. quid autē et qualis sumendū. deter
minatū est vtiq̄ iniustū esse et illegale et in
equale. iustum autē ⁊ legale ⁊ equale. Secundum
quidē igitur illegale prius dicta iniusticia ē.
Tertia conclusio ¶ Quia autē inequale ⁊ plus non idem: sed
alterum ad alterū: vt pars ad totū. ⁊ quoniā
inequale et illegale nō idem: sed alterū ad al
terum: vt pars ad totū. inequale enim omne
illegale. illegale autē nō omne inequale. plus
quidē enī omne inequale. inequale autē non
omne plus. et iniustū ⁊ iniusticia nō eadem:
sed altera ab illis. hec quidē enī vt partes.
hec autem vt tota. pars enim hec iniusticia
totius iniusticie. similiter autē ⁊ iusticia iusticie.
Primū correlarium. ¶ Itaq̄ et de ea q̄ in parte est iusticia. et de
ea q̄ in parte iniusticia dicendū. ⁊ de iusto ⁊
Secundum. iniusto similiter. ¶ Secundum quidē igitur totam
virtutē ordinata iusticia ⁊ iniusticia. hec q̄-
dē totius virtutis existēs vsus ad aliū. hec
autem malicie. dimittatur ⁊ iustū ⁊ iniustum.
secundum has enī manifestū quō determinādum
fere enī multa legaliū a tota virtute p̄cepta
sunt. secundum vnāquāq̄ enī virtutē precipit vi-
uere. ⁊ secundum vnāquāq̄ maliciā prohibet lex.
Factiua autē totius virtutis sunt legaliū q̄cūq̄
lege posita sunt circa disciplinā que ad cō-
Dubitatio de qua postea. mune. ¶ De ea autem que secundū vnāquā
q̄ disciplinam secundū quam simpliciter vir
bonus est: vtrū politice est vel alterius: po-
sterius determinandum. Nō enim forte idē
et viro bono esse et ciui bono.

interiores voluntatis taliũ habituũ sunt specie distincti. ĝ ex habitus. 9ña est nota. et añs patet ex precedenti ꝓpõne. ¶ Ad primam rõnẽ dubij dicitur ꝙ iusticia distributiua et cõmutatiua non solum differunt penes vnũ ex multa. vt pꝫ ex dictis. ¶ Ad scḋaꝫ negaẽ maior nã circa pecuniã debitã ꝛ nõ debitã natus est appetitus ẜm eandẽ affectionem affici ꝛ tñ cõstat ꝙ ẜm vnam sumitur liberalitas et secundũ aliam iusticia. similiter in oĩ re secundum quam cõmittitur iusticia: potest etiam cõmitti alia virtus secundum speciem qualiscunqꝫ sit affectio.

De distinctiõe iusticie pticularis ab alijs. ¶ Dubitatur tertio Utrũ iusticia particularis distinguaẽ ab alijs ꝩtutib⁹ ex parte opationũ passionis vel obiecti exterioris. ¶ Et argr̃ ꝙ nõ ex parte opationũ. qꝛ eiusdẽ virtutis sũt diuerse operationes. vt iusticie opationes sunt distribuere: cõmutare. fortitudinis operationes sunt aggredi/ fugere/ et expectare. ĝ ex diuersitate opationũ nõ diuersificantur ꝩtutes. ¶ Scḋo ar̃ ꝙ nõ ex parte passionũ: qꝛ eãdẽ passionẽ moderant diuerse virtutes. vt amorẽ pecunie liberalitas et iusticia: igr̃. ¶ Tertio argr̃ ꝙ non ex parte obiectoꝝ. qꝛ eadem virtus specie est circa obiecta genere distincta: vt pꝫ de iusticia q̃ est circa oues/ boues/ pecunias/ et honores: igitur ex parte obiectoꝝ nõ distinguũtur ꝩtutes. ¶ In oppositũ ar̃. p oẽ illud distinguũtur virtutes p qḋ possumus concludere vnã virtutẽ ab alia differre: sꝫ p qḋlꝫ predictoꝝ possum⁹ ꝯcludere vnã ꝩtutẽ ab alia differre: igr̃. ¶ Pro solutiõe dubij aduertendũ ꝙ p passionem in ꝓposito ĩtelligiẽ oĩs forma existens in potentia appetitiua nata regulari rõne recta adhoc ꝙ sit recta: q̃ reqrit actualẽ cognitõnẽ ad suũ eẽ existẽtie. vel passio ẽ forma distĩcta a cognitiõe existens subiectiue ĩ potẽtia appetitiua reqrẽs cognitionẽ actualem ad suũ eẽ existentie. Per primũ excludiẽ cognitio actualis: qꝛ illa nõ est passio. p scḋm excludũẽ hĩt⁹ intellectuales ꝛ opationes vegetatiue: ꝛ p tertiũ excludunẽ hĩtus in volũtate existẽtes: qꝛ possunt eẽ sine actuali cognitiõe. Ex quo pꝫ ꝙ tã actus appetit⁹ sensitiui q̃ act⁹ volũtatis q̃ ẽt delectatio et tristitia q̃ sunt in volũtate sunt passiones. cũ possint mediate vel ĩmediate regulari recta rõne: ꝛ requirãt actualẽ cognitionẽ ad eoꝝ existentiã. passionũ aũt q̃ sũt in volũtate q̃dã distinguũtur ab actibus volũtatis, vt delectatio ꝛ tristicia. ꝛ q̃dã nõ. vt amor et spes. Obiecta autẽ habituũ sunt illa q̃ sunt obiecta actuũ elititoꝝ ab ip̃is habitib⁹ et generatiuoꝝ cõsimiliũ habituũ. Actus aũt siue opationes sũt duplices. quidam interiores: alij exteriores: ꝛ interiores sũt duplices. quidã sunt partis sensitiue. alij partis intellectiue. Sil'r obiecta virtutum sunt duplicia. q̃dã sunt exteriora: vt res circa quas operamur. alia sunt interiora

Ad dubium. vt passiões ꝛ rõ recta. ¶ Isto notato dr̃ p̃mo ad dubiũ ꝙ iusticia seip̃a a qualibet alia virtute intrinsece distinguiẽ. Dr̃ scḋo ꝙ iusticia extrinsece et arguitiue a qualꝫ alia virtute p suũ obiectũ totale sufficiẽter distingui p̃t Per obiectũ aũt totale intelligo aggregatũ ex oĩb⁹ obiectis partialibus actuũ elicitoꝝ ab habitu iusticie. cuiusmodi sunt passiões/ opationes exteriores/ et earum circũstantie/ recta rõ siue dictamen prudẽtiale: ꝛ res circa q̃s operamur. Inter obiecta autẽ partialia virtutum aliqñ p̃t assignari vnũ p qḋ vna virtus sufficienter differt ab alijs. aliqñ ꝩo p̃nt assignari plura. Et aliqñ per vnũ partiale obiectũ virtus differt ab vna: ꝛ p aliud ab alia. vt iusticia ex pte sui obiecti partialis qḋ est ꝯmutabile vl' distribuibile differt a tẽperãtia. ꝛ sil'r p suas operationes exteriores q̃ sunt distribuere et cõmutare differt ab eadẽ. Etiam p moderare passionem q̃ est amor pecunie: differt etiã a tẽperãtia: sꝫ nõ a liberalitate. Iusticia autẽ legalis differt ab alijs nõ p passiones q̃s moderat. nec p obiecta circa que exterius opaẽ. nec p ip̃as opationes exteriores: sꝫ p earũ circũstantiam vel circũstantias scꝫ p finẽ taliũ opationũ q̃ est obiectũ partiale principale ip̃ius virtutis. Et hmõi distinctio obiectorũ totaliũ primo infert distinctionẽ actuũ interioꝝ q̃ de se et intrinsece dr̃ boni vel mali. et ex ꝯñti distinctionem habituũ ex q̃b⁹ tales actus eliciũẽ vel quoꝝ sũt causatiui. nã habitus nõ cognoscimus nisi p eoꝝ actus. De hoc etiam visum est in scḋo libro. Ad ratiões dubij pꝫ quid sit dicendum.

¶ Ad rationes questionis. ¶ Ad primã ꝛ secundã patẽt solutiões. ¶ Ad tertiam negatur minor.

Queritur scḋo vtrũ iustũ sit mediũ dãni ꝛ lucri. Qḋ modo ¶ Et argr̃ primo ꝙ non. qꝛ medium non stat cum extremis: sed iusta cõmutatio aliqñ stat cũ lucro vtriusqꝫ cõmutantiũ: et aliqñ cũ dãno: igiẽ. ¶ Scḋo argr̃. Litigantiũ adinuicẽ vnus quiqꝫ totam cãm iuste lucraẽ: ꝛ alter in toto cõdẽnaẽ: ĝ ibi iniustum nõ est mediũ inter lucrũ et dãnũ. ¶ Tertio argr̃. Si sic: hoc maxime eẽt inter dãnũ patiẽtis iniustũ ꝛ lucrũ facientis iniustũ. sꝫ hoc nõ. cũ faciẽs iniustũ in pluriẽ dãnificeẽ q̃ iniustũ patiẽs. cũ dãnificeẽ in bonis aĩe: igr̃. ¶ In oppositum est ph̃s in q̃rto capitulo scḋi tractat⁹.

Lucrum. ¶ Sciendum Primo ꝙ lucrũ in ꝓposito dr̃ oẽ qḋ aliqs p opationẽ aliquã plus hꝫ in bono vel minus in malo: q̃ añ hẽret. Dãnũ vero dr̃ qḋ aliquis p aliquã opationẽ minus hꝫ in bono vel plus in malo q̃ hẽret ante. ꝛ pertinent ad iusticiã lucrũ et dãnũ nõ solũ lucrũ ꝛ dãnũ ẜm veritatẽ: sed etiã ẜꝫ estimationem. et hoc vel ẜm estimationẽ inferẽtis damnũ vel lucrũ: vel ẜm estimationẽ recipientis vel ẜm existimationem iudicis q̃ ceteris est iustior.

Duplices stributões cõmutatiõ ¶ Sciendum Secũdo ꝙ duplices sunt distributiones et etiã cõmutatiões. q̃dam sũt volũtarie: ꝛ q̃dã inuolũtarie. Volũtarie autem ĩ ꝓposito dr̃ ĩ q̃b⁹ cõmutatio vel distributio vtriqꝫ parti placet. ꝛ sil'r modus cõmutandi vel distribuendi circũstantijs incidentibus attentis: et non fraude ab aliqua partiũ occultatis. Sed inuolũtarie sunt ĩ q̃bus nõ placet alteri partiũ cõmutatio vel distributio vel modus commutandi vel distribuendi aut in quibus aliqua circunstantia occultaẽ. q̃ si eẽt manifesta: nõ placeret aut res aut modus. In cõmutationib⁹ aũt ꝛ distributiõib⁹ voluntarijs nullũ accidit lucrũ aut dãnũ cõtra iusticiã. dũmodo neuter in preciũ ponat illud cuius ip̃e nõ est dñs ꝛ dũmodo taliũ rerũ fiat distributio vl' cõmutatio: q̃s distribui vel cõmutari nõ ꝓhibet lex. In distributionib⁹ autem ꝛ cõmutationibus inuolũtarijs si a nolẽte plus debito capiaẽ: aut minus debito ei tribuatur vel relinquatur: illud plus debito ꝛ illud minus debito dr̃ lucrum et dãnũ iniusta. Et sic capiendo lucrũ ꝛ damnũ cõuertũtur adinuicẽ: facere iniustũ/ et accipere lucrũ: et pati iniustũ/ ꝛ recipere dãnũ. Ex his pꝫ ꝙ plus debito ꝛ min⁹ debito sunt duo iniusta. hoc q̃dẽ ex pte faciẽtis. illḋ autẽ ex parte patientis. Et ita in opatione iusta sunt duo iusta. scꝫ vnũ ex parte facientis: et alterũ ex parte patientis. quorũ vtrũqꝫ est neqꝫ plus debito neqꝫ minus debito. ¶ Istis notatis sit

Respõsio questione ¶ Conclusio Prima. Iustũ est mediũ dãni ꝛ lucri. ꝓbatur: qꝛ iustũ mediat ĩter pl⁹ debito ꝛ minus debito. sed plus debito dicitur lucrum.

minus vero dannum:igitur.

Conclusio scda. Justum est equale:et iniustum inequale. ptz satis ex expõne text9 quia plus et minus sunt inequalia. et medium ipsorum est equale:igitur.

De mõ sumẽdi mediũ in iusticia distributiua et cõmutatiua.

Dubitatur primo Utrũ eodem mõ sumat medium in iusticia distributiua:et in iusticia cõmutatiua. Et argr q sic. qr si non:hoc maxie eẽt ex eo q in iusticia distributiua attendit dignitas psonarũ. et nõ in cõmutatiua vt videt velle phus:sed hoc non:igit. Minor pbatur:qr in cõmutationibus attenditur dignitas psonarũ. dicẽte aristotele q si principatum habẽs pcusserit non opz repercuti. et si principem pcussit non solũ opz repercuti:sed et puniri. qd non eẽt nisi attenderetur ad dignitatem et statum personarum igit. Scdo argr sic. In oi virtute sumitur medium quo ad nos et sm determinationẽ recte rõnis. g isto mõ et nõ alio sumitur mediũ in iusticia distributiua et commutatiua:et per ñs eodem modo. In oppositũ est Aristoteles in tertio et quarto capitulis scdi tractatus.

Triplex distributio.

Pro solutiõe dubij est aduertendũ q triplex est distributio. quedã eĩ distribuunt que sũt debita distribui certis psonis:vt bona ciuitatis his qui p ciuitate laborauerũt. alia sunt debita distribui sed nõ certis personis. vt eccliastica beneficia. alia vero distribuũt p modũ puri et liberalis doni. q̃ scz distributor posset sibi iuste retinere. et circa istorum distributionem non hz locũ iusticia neqz iniusticia sed liberalitas. Qtum vero ad secũdã distributionem dr q distributor iuste distribuit: si dignis. iniuste autẽ:si indignis. In prima distributiõe distributor fit iniustus tribus modis. primo retinendo sibi illud vel aliquid eius qd distribuere tenet. scdo nõ si totum distribuat. non tñ quibus debitũ est distribuere. tertio modo si quib9 debet distribuat. sz vni plus debito et alteri minus debito. Equalis enĩ debet eẽ pportio in rebus distribuendis qtum ad valorẽ:et ĩ his qbus fit distributio qtũ ad meritũ siue dignitatẽ. Jdo in hac eqlitate pportionũ ɔsistit iustũ. et ĩ ineqlitate iniustũ. In cõmutationib9 autẽ iustũ cõsistit non in equalitate pportionũ rerũ cõmutandarũ et psonarũ cõmutantiũ:sz solũ in equalitate rerũ cõmutandarũ: ita q si tu de re mea plus capias q̃ michi de tua reddas: tu michi facis iniustum. opz igitur q tu michi reddas in valore qtum capis.

Ad dubium.

Isto notato rñdet ad dubiũ q non eodẽ mõ est sumendũ mediũ in iusticia distributiua et cõmutatiua. pbat:qr triplex pt assignari drĩa iter mediũ qd est iustũ distributiuũ:et mediũ qd est iustũ commutatiuũ. Prima est:qr mediũ distributiuũ sumit attendendo ad merita seu dignitates psonarum: mediũ vero cõmutatiuũ non. Nam vt dicit phs nichil differt si studiosus prauũ priuauit. vel prauus studiosuz. neqz si mechatus est studiosus vel prauus. sed ad nocumenti differentiam solum respicit lex. Scda differentia est:qr cõmutantes ante cõmutationem sunt equales in ordine ad res cõmutandas. nam vnus hz vnam et ali9 aliã. sed psone quib9 fit distributio non opz q sint equales ĩ ordie ad res distribuendas. qñ plus debetur illi q̃ maioris est meriti. Tertia differẽtia est cõparando mediũ iustũ ad excessum iniustum:in quo qui lucratus est:excedit eũ q̃ dãnũ passus est. qr medium cõmutatiuũ cõparatũ ad talẽ excessum sumit sm pportionem arithmeticã. mediũ aũt distributiuũ nõ:sz sz pportionẽ geometricã. Dr aũt mediũ sm arithmeticã pportionẽ mediũ qd sumit sm diuisionẽ in partes eiusdem quantitatis. Et dr pportio arithmetica:qr semp extremũ cõmẽsurabile est medio sz aliquẽ determinatũ numerũ. Mediũ aũt sm geometricã pportionẽ est equalitas proportionis aliquor duor vel pluriũ. Et dr geometrica pportio:qr põt reperiri in cõtinuis sm nullũ nũerũ commensuratis. Exemplũ primi. vt sex mediant inter octo et quattuor. qr sex exceduntur ab octo in duobus: et excedunt qttuor ĩ duob9:sed nõ est eadẽ pportio vtrobiqz. nã sex se hñt ad qttuor ĩ pportione sexqualtera. ĩ q̃ maius cõtinet semel minus et ei9 medietatẽ. octo autez se habẽt ad sex in pportiõe sexquitertia. in q̃ maius cõtinet semel minus et ei9 tertiã partẽ. Exẽplũ scdi. vt sex sunt mediũ ĩter nouẽ et quattuor. vtrobiqz enĩ est eadẽ pportio. s. sexqualtera. sz nõ est eadẽ quãtitas: qr nouẽ excedũt sex in trib9:sex vero qttuor in duob9.

Proportio arithmetica.

Proportio geometrica

Ad primã rõnẽ dubij dr q in cõmutatiua nõ attẽdit dignitas psonar. saltẽ p se sz solũ dãnũ illatũ. Et cũ dr q non opz principem repercuti. Dr q hoc nõ puenit ex dignitate principis p se:sed ex maiori vel minori nocumẽto illato. Qui enĩ pcutit principem nõ iuriat solũ principi in psona eius:sed toti cõitati cuius vices gerit. Pl9 enĩ ledit cõitatem qui ledit ptẽ eius nobiliorẽ: q̃ q̃ viliorẽ. Ad secundam conceditur q media vtrobiqz consistit. primo:qr ambo sumũtur sm rectum iudiciũ rationis et quo ad nos. secũdo qr medium vtrobiqz est nec plus neqz minus. cum hoc tamẽ stat q differunt modo prius dicto.

Dubitatur scdo Utrũ iusta opatio sit medium inter iniustũ facere et iniustũ pati.

An opatio iusta sit mediũ inter iniustum facere et iniustum pati.

Et videt q nõ:qr aut eẽt mediũ sm morẽ:aut sm rei naturã. Nõ pmũ:qr tam mediũ q̃ extrema in gñe mor sunt voluntaria. sed iiustũ pati nõ est voluntariũ: igit. Nec scdm:qr inter ea q̃ sunt idem realiter nõ cadit mediũ sm rei naturam. sz iiustũ facere et iniustũ pati sunt idem realiter sicut actio et passio:igitur. Scdo argr. Opatio tẽperata nõ est mediũ inter intẽperate agere et insensibiliter agere. neqz fortiter opari est mediũ inter facere opus forte:et pati opus forte. et sic de aliis: igit. In oppositum est phs in octauo capitulo hui9 scdi tractatus.

Opiniones.

Pro solutiõne dubij est aduertendũ q ad propositũ dubiũ rñdet Gerardus odonis q iusta opatio nõ est mediũ iter iiustũ facere et iniustũ pati: nisi solum p abnegationẽ extremor et improprie. Ita q eqlit dici posset q iiusta opatio eẽt mediũ inter iustũ facere et iustũ pati. et hoc nitit ostẽdere prima rõne aũ oppositũ et diuersis aliis q̃ hic breuitatis cã omittunt. Aliter rñdet Buridanus dicẽs q facere iniustũ et pati iiustum et operatio iusta siue opari iustum põt dupl'r accipi. Uno mõ pro ipa actione qua quis facit iniustum:et p passione q̃ aliis patitur iniustũ:et p opatione qua quis operatur iustum:et sic potest cõcedi q opatio iusta nõ mediat inter predicta nisi sm denoĩatione extrinsecã ab ipis operatis. vel qtũ ad aliquas eor pprietates. vtputa qtũ ad eẽ voluntariũ et inuoluntariũ. Alio modo põt accipi p iusto vel iiusto qd ex hmõi actione vel passione vel operatione relinquit in agente vel patiente vel operante. et sic opatio iusta est media. i. iustum qd puenit ex opatione iusta in faciẽte iustũ vel patiẽte est mediũ inter iniustũ qd ex opatione iiusta pueniet in faciẽte iiustũ:et iter iniustũ qd ex opatione iiusta puenit in patiente: et hec iiusta sunt plus et minus. iustũ vero nec plus nec min9.

Ad dubium

Isto notato dr ad dubiũ primo q iiusta opatio ẽ media p abnegationẽ inter iiustũ facere et iniustũ pati. ptz quia iusta opatio nec est iniustum facere nec iniustũ pati. Dicitur secũdo q iusta opatio formaliter et sm se nõ mediat inter iniustũ facere et iniustũ pati. vt bene pbat

prima ratio ante oppositū dubij. Dr̄ tertio ꝙ iusta opa
tio nō mediat inter iniustū facere et iniustū pati tāꝙ īter
vicia extrema: qꝛ iniustū pati aliqñ nō est viciū. Dicitur
quarto ꝙ iusta opatio ſm ꝓportionem arithmeticā vel
geometricā ꝛ ſm rectā rōnē mediat inter iniustū facere
et iniustū pati. ꝓbaꝫ: qꝛ oīs opatio iusta est elicita cōfor
miter ad dictamen prudētiale dirigens ip̄m operantē
ad mediū tenendū inter plus ꝛ minus ſm alterā dicta-
rū ꝓportionū. ¶ Ad primā rōnem dubij dr̄ ꝙ cōcludit
pro primo et secundo dictis. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ
non est simile de iusticia et de alijs virtutibus. quia nō
eodem modo sumitur medium in alijs virtutibus sicut
in iusticia.

An iustitie sint duo extrema. ¶ Dubitatur tertio Utrū iusticia sit mediū dua
rū maliciarū extremarū. ¶ Et vi-
deꝫ ꝙ non. qꝛ iusticia solū mediat inter iniustū facere et
iniustū pati. ſꝫ ad iniustū pati nulla malicia moralis spe-
ctat. qm̄ optimi viri sicut sancti martyres pꝫit iniustū pa
ti: igr̄. ¶ Scđo aꝫ. Iusticia solū opponiꝫ iniusticie. ꝗ non
mediat inter duas malicias. Añs ꝓbaꝫ: qꝛ solū medi-
at inter plus et minus. quorū vtrūqꝫ est iniustū ꝛ inequa
le vt dicit phs: et ꝯña est nota. ¶ In oppositum argr̄. qꝛ
diffinitio superioris eēntialis dꝫ cōuenire cuilibet ei⁹ infe
riori: sed de ratione diffinitiua virtutis (que est superi-
or ad iusticiam) est ꝙ sit medietas duarū maliciaꝝ. vt i
Cōis responsio secūdo libro visum est: igiꝫ. ¶ Pro solutione dubij ad-
uertendū ꝙ ad istud dubiū cōiter rn̄deꝫ ꝙ medietas iu
sticie differt a medietatibus aliarum virtutum in duo-
bus. Primo: quia medietas in alijs virtutibus cōsistit
inter duas malicias. iusticia autē nō cōsistit inter duas
malicias: sed īter maliciam ꝛ penam. nā iniustū pati nō
est malicia sed pena. Scđo differt (vt aiūt) quia medie-
tas in alijs virtutibus attēdiꝫ ſm rōnem et quo ad nos
iniusticia vero attendiꝫ ſm rem ꝛ quo ad numerū. qꝛ su
miꝫ ſm ꝓportionem arithmeticam vel geometricam.
Alia responsio ¶ Aliter rn̄deꝫ ad dubiū ꝑ tres ꝓpōnes. Pria est. Iu
sticia est mediū inter duos habitus ꝯrios. ꝓbaꝫ: qꝛ oīs
habitus ex opationibus medijs inter operationes ex-
tremas oppositas genitus est medius inter habitus ex
tremos oppositos. sed iusticia est huiusmodi: igr̄. Ma-
ior est nota: qꝛ ex operationibus generanꝫ habitus. et
ex talibus operationibus tales habitus. Et minor pro
batur: qꝛ opatio iusta mediat inter duas extremas ope
rationes oppositas. quarū vna est sibi plus debito tri-
buere et alteri minus. et altera est plus debito alteri tri
buere ꝛ minus sibi. Et aduerte ꝙ hmōi extrema cōtra-
ria quoꝝ habitus extremi sunt electiui: et quorū mediū
eligit iusticia: nō sunt plus sibi accipere et minus alte
ri tribuere. nam ista non sunt cōtraria: ſꝫ se sequitur: ſꝫ
illa extrema sunt plus sibi accipere: et minus sibi acci-
pere. vel plus alteri tribuere: ꝛ minus alteri tribuere: si
ue plus sibi accipere: et min⁹ alteri tribuere: ꝛ minus si
bi accipere: et plus alteri tribuere. ¶ Scđa ꝓpō. Habi
tus ꝯrij inter quos mediat iusticia sunt malicie ꝗdā si-
ue vicia. ꝓbaꝫ: qꝛ vbicūqꝫ mediū est laudabile ꝛ ꝟtuo-
sum: excessus ꝛ defectus sunt vituperabiles ꝛ vicio si. ſꝫ
circa cōmutatiōes ꝛ distributiōes mediū (qđ ē iusticia)
est laudabile. et vnus dictorū habituū excedit: alterum
vero deficit: igr̄. ¶ Tertia ꝓpō. Mediū iusticie sumen-
dum est ſm rōnē et quo ad nos. ꝓbaꝫ: qꝛ si mediū iusti
cie sumereꝫ scđm naturā rei: sequereꝫ ꝙ eisdē reb⁹ exi-
stentibus: mediū eēt idē. sed hoc est falsum. Nā isto tē-
pore habebis ꝓ vno paruo albo quinqꝫ pintas vini: et
alio tēpore nō hēbis nisi vnā. Itē mediū qđ ī re variaꝫ
ſm exigētiā humane indigētie: sumiꝫ nō ſm rei naturā
se quo ad nos. ſꝫ sic est de medio iusticie: igiꝫ. Preterea
iusticia distributiua attēdit ad dignitatē ꝛ meritū pso-
narū. cōmutatiua etiā ꝗrū ad volūtarias cōmutatiōes
attēdit ad circūstantias ꝛ etiam ad humanā indigenti
am: igiꝫ. Primo eñ in iusticia necesse est rerū distribu
endarū et meritorū pro quibus distributio facienda est
aut rerū adinuicē cōmutandarū estimare valorē: ſꝫ post
hmōi estimationē bene verū est ꝙ valoris rerū distribu
endarū ad valorē meritorū: vel etiam valoris vni⁹ re-
rū cōmutandarū ad aliā mediū ꝛ equale sumendū est
ſm rem. et hoc intendit prima opinio: sed tñ nō obstāte
ꝙ hoc mō mediū sumaꝫ ſm rem: non est tñ negandū qu
etiam sumaꝫ ſm rōnem. nam recta rō sic ip̄m sumere di
ctat. Sed ꝓ intellectu huius qđ dicit phs in vltiō capi-
tulo huius scđi tractatus. Iusticia autē medietas est.
non ſm eūdem modum predictis virtutibus: pōt dici
ꝙ dupl'r in iusticia attendiꝫ mediū. Uno mō attendiꝫ i
cōsonantia opis ad dictamē recte rōnis. ꝛ hoc est cōe oī
virtuti. Et de isto mō nō est locut⁹ phs in hoc q̄nto qm̄
hoc sciri poterat ex diffinitione cōi virtutis: ꝛ ꝑ ea q̄ di-
cta sunt de alijs virtutib⁹ in speciali. Alio aūt mō spe-
ciali mediū attendiꝫ in ip̄a iusticia ſm ꝙ ip̄a est ad alte
rū distributiua vel cōmutatiua bonoꝝ. qđ quidē mediū
attendiꝫ ſm equalitatem valoris rerū vel ſm ꝓportio
nem valoris rerū ad valorē meritoꝝ. et de mō sumendi
hoc mō mediū loquiꝫ hic phs ꝛ nō de primo. ¶ Ad pri
mam rōnem dubij negaꝫ añs. ¶ Ad scđam pōt dici ꝙ
viciū iusticie oppositū ſm supabūdantiā vocaꝫ iniusticia
viciū aūt ei oppositū ꝑ defectū nō hꝫ nomē impositū eo
ꝙ in paucissimis reperiꝫ. sicut aristoteles dicit de insen
sibilitate opposita temperantie. qꝛ aūt de isto vicio non
determinauit aristote. pōt dici ꝙ cū duorū viciorū extre
morū semp alterū plus opponitur virtuti ꝗ reliquū et
est peius sic aristo. et alij phi morales parū curant de il
lo loqui qđ parum opponiꝫ virtuti et qđ non est multe
malicie sicut in proposito

Ad rationes questionis. ¶ Ad primā pꝫ solutio
ex scđo notabili. vbi dictū est ꝙ lu-
crū ꝛ dānū inter q̄ mediat iustū nō sunt in volūtarijs cō
mutationibus de ꝗbus tñ argumentū ꝓcedit. ¶ Ad se
cūdā dr̄ ꝙ illud lucrū et illud dānū sūt vtriqꝫ parti de-
bita: mō taliū nō est iustū mediū sed lucri qđ est plus de
bito et dāni qđ est minus debito. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ lu-
crū ꝛ dānū nō attenduntur circa bona aīe interiora spālit
ip̄ius iniustū faciētis. eo ꝙ ip̄e nō pōt ea alteri cōmutare
vel distribuere lꝫ iniustū aliqđ fraudulenta exhortatio
ne ducat in peccm̄: ideo nichil ad iusticiam vel iniusticiā
si iniuriator perdit aīam suā: nā iīuriam passus nichil
inde lucratur.

Querit tertio Utrū iustū sit idem ꝙ eq̄le con Questio mo
trapassū? ¶ Et videꝫ ꝙ sic. qꝛ iustū est nec ralis.
plus nec minus hr̄e debito. hoc aūt optime
saluaꝫ si quātū michi tradas: tātū a me re-
cipis qđ est eq̄le ꝯpati: igr̄. ¶ Scđo aꝫ. iustū est inequa
le ad equale reducere: sed hoc fit ꝑ ꝯpassuꝫ: igr̄. ¶ Ter
tio aꝫ. minus videꝫ ꝙ iustum sit ꝯpassum in iusticia di-
stributiua ꝗ in cōmutatiua: ꝛ tñ in distributiua iustum
est cōtrapassum: igiꝫ. Minor ꝓbatur: qꝛ i iusticia distri
butiua sic ꝓportio geometrica saluaꝫ ꝙ qui plus ad bo
nū cōe egit: plus de bono cōi recipiat. ¶ In oppositum
est aristoteles in sexto capl'o huius scđi tractatus.

¶ Sciendum Primo ꝙ in ꝓposito ꝑ pati nichil Pati.
aliud intelligiꝫ ꝗ recipe ab alio lu
crū vel dānū. et ꝑ facere nichil aliud ꝗ inferre lucrū vel Facere.
dānū. Equale aūt cōtrapassum pōt intelligi dupliciter. Equale co
trapassum

Uno modo cōparādo passionē vnius ad passionē alterius. vt q̄tum vn⁹ recipit lucri vel dāni: tm̄ ali⁹ recipiat Alio mō cōparādo passionē alicuius in lucro ad passionem eius in dāno. vt q̄ tm̄ dānū recipit tm̄ lucrū recipiat Cū aūt duplex sit iusticia: scȝ distributiua τ cōmutatiua Primo videndum est an ꝯtrapassum habeat locū in iusticia distributiua. pro quo est aduertēdū q in distributionib⁹ duplex est habitudo ꝯsiderāda. qm̄ supponit q bona cōia distribuātur psonis singularib⁹ ꝑpter hoc q eis debent. nā si gratis distribuerent nō esset ꝑpria iusticia: sed liberalitas vt prius dictū est. Pria igit habitudo est cōitatis ad illos q̄bus fieri dȝ distributio. Alia vero est eoꝝ q̄b⁹ debet fieri distributio adinuicē. q̄tum ad primā habitudinē: iusticia nō videt esse nisi cōmutatiua. nā cōitas illis retribuit: q2 ab eis suscepit. sed q̄tū ad scdam nulla videt esse cōmutatio: sed solū distributio. ꝑpter qd a tali habitudine ipoꝝ adiuicē: iusticia dȝ distributiua. mō ꝯstat q sm illā habitudinē ꝯtrapassuȝ non habet locū. qm̄ ꝯtrapassum supponit ante factū vel antepassum qd ibi non reperitur.

Sciendum scdo q cōmutatiōes sunt duplices scȝ volūtarie τ inuolūtarie. vt supra visum est. Uolūtarias ꝯmutatiōes enūerat phs plures scȝ vēditionē/ēptionē/mutuationē/fideiussionē/vsū/depositionē/τ ꝯductionē. τ pōt addere liberalē donatiōeȝ Uēditio est p quā vēdens trāsfert dn̄ium sue rei in alterū recepto p̄cio. Emptio aūt est p quā in emētē trāsfert dn̄ium rei alteri⁹ dato p̄cio. τ in istis manifestū est q nō est seruāda equalitas q̄titatis. qm̄ preciū datū est alterius ꝯditiōis a re vēdita vel empta. sed ista opȝ eq̄ri sm ꝑportionē. Mutuatio est p quā mutuās trāsfert dn̄iuȝ sue rei in alteꝝ: vt equalē vel similē recipiat. τ in ista cōmutatiōe obseruāda est eq̄litas q̄titatis. nisi forte quia mutuās fecit grām indigēti re sua. in q̄ casu recipiēs nō soluȝ tenet reddere eq̄le rei mutuate: sed vltra tenet ad graꝝ actiōes. τ sic iteꝝ pȝ q iustū hic nō ꝯsistit in eq̄litate q̄titatis. aliq̄n tm̄ pōt contingere q hmōi mutuatio fiat ad vtilitatē vtriusqȝ. τ tūc sufficeret forte ad iustum eq̄litas quātitatis. Fideiussio est p quā q̄s se obligat ꝑ debito alteri⁹ si ille defecerit. τ tūc manifestū est: q si soluerit debitū: alter tenet sibi in tāto τ in tali τ vltra tenetur ei ad multas graꝝ actiōes. Usum aūt videt aristoteles vocare: sm quē q̄s alteri rē suā gratis cōcedit retēto dn̄io. τ tūc iustū ꝯsisteret in reddēdo eandē rem cū graꝝ actiōe. Depositio est sm quā q̄s rem suā ꝑ securitate in custodia alterius deponit. τ tūc iustū est q eadē res sibi reddat nisi q deponens ad aliqd salariū tenetur vel ad graꝝ actiōes. Cōductio est qua q̄s ꝑ certo tp̄e vēdit rei sue vsum. τ manifestū est: q ibi nō seruatur q̄titas vsus nam q̄titas vsus τ preciū. inde receptū nō sunt cōmēsurabilia sm quātitatē. Donatio vero est scdm quā aliq̄s trāsfert suā rem in aliū sine spe rehabēdi τ sine pacto remuneratiōis. et in ista iustū cōsisteret in graꝝ actiones reddēdo/vel seruitiū/vl aliq̄d hmōi. Inuolūtarias etiā ꝯmutatiōes ibidē enumerat. p. de q̄b⁹ etiā ꝯstat q si dānū illatū aliis sit restituēdū sm eq̄litatē q̄titatis: tm̄ vltra opȝ iniuriantē puniri. ꝑpter qd in ipis iustū nō est precise ꝯtrapassuȝ eq̄le sm q̄titatē. iō dicūt q̄dā q i ꝯmutationib⁹ inuolūtariis iustū nō est idē qd ꝯpassuȝ sȝ bn̄ in volūtariis. Hec opīo lȝ cōis sit nō videt vera. nec de intētiōe aristo. qm̄ si loq̄mur de eq̄li ꝯtrapasso equalitate q̄titatis. pȝ q aristo. nō solū in ꝯmutationib⁹ inuoluntariis negat iustū eē ꝯpassum: sed etiā in volūtariis. dicit eñ in sexto ca. sed in cōicationib⁹ q̄dē cōmutatiuis cōtinet tale iustū ꝯtrapassuȝ sm ꝑportionalitatē τ nō scdm equalitatē. si aūt loquamur de equali ꝯtrapasso equalitate ꝑportionis pȝ q aristoteles nō solū ponit iustū esse ꝯtrapassuȝ in volūtariis: sed etiā in inuolūtariis. Itē scdm predictā opinionē non videt quō ꝯcordāt duo dicta aristotelis. Primū ē. q nihil differt si studiosus prauum priuauit vel ecōuerso. Alterū est. si principatū hn̄s percusserit: nō oportet repercuti/τ si principē percusserit: non solū repercuti oportet: sed etiā puniri. Ista eniȝ dicta sunt de ꝯmutationib⁹ voluntariis. τ videtur contraria. ideo aliter respondetur ad questionē per tres sequentes conclusiones.

e cōmu=
ū volū
rum.

Conclusio prima. Iustū nō semp fit per equale cōtrapassum equalitate q̄titatis rerum cōmutabiliū. Probatur. quia si domus tua valet centum solidos: et vnum calceamentū valet duos solidos: iustum erit dare quinquaginta calceamenta pro vna domo. et tamen ibi nec est equalitas q̄ntitatis continue nec discrete: igitur.

Penes q̄d attēdatur iustum

Conclusio scda. Aliq̄n fit iustuȝ (licet raro) per equale ꝯpassum. pȝ ex deductione specieꝝ cōmutationis voluntarie in scdo notabili.

Conclusio tertia. Iustū semper fit p equale cōtrapassum equalitate proportionis patet inductiue.

Dubitatur primo Utrū oīa ꝯmutabilia sint eadem mēsura ꝯmensurabilia? Et arguit q nō. q2 cōmensurabilia debēt esse eiusdē generis. sed nō oīa ꝯmensurabilia sunt eiusdē generis: igit. Maior patet per aristotelē decimo methaphisice τ p cōmentatorē quarto phisicoꝝ dicentē q mēsura nō est extra genus mēsurati. Scdo sic. non oīa ꝯmutabilia sunt cōmensurabilia: igit. Ans ꝑbatur. q2 oīa cōmensurabilia sunt cōparabilia. sed non oīa cōmutabilia sunt comparabilia: igitur. Minor patet per phm septimo phisicoꝝ dicentē q cōparabilia debent esse eiusdem speciei.

De cōmensurabilitate commutabilium.

In oppositū est. p. in septima caplo secūdi tractat⁹.

Pro solutiōe dubii est aduertēdū q cōmutabilia dupliciter possunt considerari. Uno modo scdm suas substātias vel rationes speciales. Alio modo sm q cadūt in vsum humanū. τ taliū quedā sunt que iuste permutari pn̄t. Alia vero sunt que non iuste permutari possunt et ista sunt duplicia. nam quedā solū cōmutari non pn̄t: q2 lege ꝑhibita. Alia vero sunt que scdm conditionem sue nature cōmutari non licet.

Dupliciter cōsiderantur

Tūc dr ad dubiū prīo q commutabilia scdm suas substātias considerata nō oportet esse cōmensurabilia. q2 sic considerata sunt diuersoꝝ generū. Dicitur scdo. q oīa cōmutabilia scdo modo considerata que iuste ꝯmutari possunt sunt eadē mensura cōmensurabilia. Probatur q2 nisi sic periret humana ciuilitas τ cōicatio. nā cum vnus solus nō possit sibiipsi super oībus quibus indiget ꝑuidere: necesse est vt oīa cōmutabilia q̄bus indiget: sint vna mēsura cōmensurabilia. vt possit hō ab aliis sibi sup his ꝑuidere. Dr tertio q cōmutabilia ex lege solū ꝑhibita remota legis ꝑhibitiōe sunt eadē mēsura cōmēsurabilia pȝ q2 circūscripta legis ꝑhibitiōe: talia eēnt licite ꝯmēsurabilia. Dr q̄rto q ea q̄ ex sua natura nō sunt ꝯmutabilia nulla eadē mēsura sunt ꝯmēsurabilia saltē cum aliis. Et si q̄rat an talia adīuicē sint ꝯmēsurabilia? forte pōt dici q dānū vni⁹ dāno alteri⁹ τ lucrū lucro alicui equari pōt. vt si vterqȝ eoꝝ vxorē alteri⁹ accipiat sm oēs circūstātias pares. vel si vterqȝ ꝯsimiliter alteꝝ interfecerit/aut ei⁹ brachiū amputauerit. sed lucrū dāno saltē in cōicatiōe volūtaria equari nō pōt: eo q ala dānificat τ dāno aīe nō potest equari lucrū corporale. Ad

Ad dubium.

rationes dubij patet solutiões ex dictis . nā solū concludunt de ɔmutabilibus ſm substantiā ɔsideratis ⁊ non ſm ꝙ cadūt in vsum humanum.

An indigentia hūana sit mensura commutabilium.

¶ Dubitatur scdo. Utrū indigētia hūana sit mēsura ɔmutabiliū. ¶ Et ar. ꝙ nō. qꝛ si sic seqret̄ ꝙ pauper deberet maiori precio bladū emere ꝙ diues: qꝛ plus eo indiget. sꝫ ɔñs videt̄ incōueniēs igit̄. ¶ Scdo ar. multa sunt multū cara qbus parū indigemus. vt sunt ea quib⁹ diuites vtūtur ad voluptatē et apparatū: igit̄. ¶ Et cōfirmat̄. qꝛ mēsura debet esse simplex ⁊ indiuisibilis et compati secū mēsuratū. sed indigētia nō est simplex nec cōpatit̄ secū res venales qꝛ cū habem⁹ eas nō indigem⁹ ipis: igit̄. ¶ In oppositū est aristoteles in septimo ca. scdi tractat⁹.

Ad dubium.

¶ Ad dubiū breuiter respondet̄ ꝙ indigētia hūana est mensura naturalis cōmutabiliū ſm similitudinē ꝓportionis ⁊ non ſm equationē quātitatis. nā ſm ꝙ plus vel minus indigem⁹ ſm hoc res est pluris vel minoris valoris. Uidem⁹ enī ꝙ illo tpe quo vina deficiūt qꝛ ipis plus indigemus ipa sunt cariora. ¶ Ad primā rationē dubij dr̄ ꝙ indigētia istius hoīs vel illius non mēsurat valorē ɔmutabiliū. sed indigētia cōis eoꝝ q̄ inter se cōmutari pñt. vel dicendū ꝙ pauper quo ad ea quib⁹ indiget multo pluri precio emit ea quibus indiget ꝙ diues. ¶ Ad scdaꝫ dr̄ ꝙ non solū indigētia necessarij mensurat apud egenos cōmutabilia: sed etiā indigētia excessus apud diuites. ¶ Ad ɔfirmationē dicitur ꝙ duplex est mēsura. quedā est scdm equationē quātitatis. qñ scꝫ mēsura pōt equari mēsurato per sui replicationē et sic vnitas est mēsura numeri ⁊ vlna pāni ⁊ quarta dolij vini. ⁊ ista est eiusdē generis cū mēsurabilib⁹ ⁊ indiuisibilis. vel simpliciter vel ſm sensum/aut ſm institutionē/aut aliquo tali mō. Alia est mēsura ſm similitudinē ꝓportionis. verbi grā si a mensuret̄ b et c mensuretur d. tūc argueret̄ sic. sicut se habꝫ a ad b. ita c ad d. ergo p̄ locū a trāsmutata ꝓportione: sicut se habet a ad c. ita b ad d. Sed b est duplum ad d. ergo a est duplum ad c.

An numisma sit necessarium ad mensurandū ɔmutabilia

¶ Dubitatur tertio. Utrum numisma sit necessarium ad mēsurandū ɔmutabilia. ¶ Et ar. ꝙ nō. qꝛ vni⁹ mēsurabilis ſm vnā ei⁹ rationē dꝫ esse vnica mēsura. sed ɔmutabilia ſm ꝙ cadūt i vsuꝫ hūanū mēsurant̄ indigētia hūana. vt iaꝫ dictū ē. igit̄ vt sic non mēsurātur numismate. ¶ Scdo ar. si numisma esset mensura venaliū. seqretur ꝙ semꝑ ꝓ equali numismate haberem⁹ res venales equales. sed ɔñs ē falsum igit̄. ¶ In oppositū est phūs in septimo capitulo hui⁹ scdi tractat⁹.

Ad dubium

¶ Ad dubiū dr̄ primo. ꝙ ad perfectam hoīm cōicationē et sustētationē numisma est necessariū in cōmutationib⁹. nā vt dicit phs pīo politice. qꝛ nō est bñ possibile res natura cōmutabiles trāsportari ad lōginqua loca: ad habendū ea quib⁹ indigem⁹ numismatis vsus est ex necessitate adinuētus. ⁊ sic ꝓpter distantiā locoꝝ est necessariū ꝙ sit parue quātitatis/⁊ bñ portabile ⁊ magni valoris. Scdo ꝓpter distātiā tēpoꝝ verbi grā. nūc habeo vinū ⁊ anno futuro indigebo. nec vinū qd̄ habeo seruare possum quin putrefiat: necesse est ergo ꝙ ego aliqd̄ accipiā ꝓ vino meo qd̄ facile seruare potero sine putrefactiōe. ⁊ hoc est numisma. Tertio idē ptꝫ ex nr̄a multiplici indigentia. verbigrā iste pauper q ex labore suo viuit: laborat vni diuiti trib⁹ diebus ⁊ sibi desunt panis carnes sal ⁊ hmōi q̄ nō habet ille diues sꝫ habet lapides preciosos. qd̄ igit̄ fiet. necesse est vt ꝓ labore recipiat rē ad parua portabilē ꝓ cuius vna parte habebit panē. ⁊ ꝓ alia sal. ⁊ sic de alijs. ideo ad hoc est necessariū numisma. Quarto ptꝫ ex quorūdā ɔmutabiliū magni valoris īdiuisibilitate. verbigrā equū habeo et indigeo veste calceamētis ⁊ cibo ꝓ quoꝝ nullo dabo equū meū. igit̄ necesse est ꝓ equo pecuniā accipere: cuius vnā partē dabo ꝓ pāno: aliā ꝓ calceamēto. ⁊c. et ꝓ istis necessitatib⁹ numisma aliqs exigit ɔditiōes. Prima est. ꝙ sit paruū in quātitate. nā sic non pōt fieri ei detractio quin de facili ꝑpēdat̄. Scda est ꝙ habeat īpressionē caracteris alicui⁹ pīcipis: alias posset qlibet fingere ⁊ falsificare numisma. Tertia est ꝙ sit certi ponderis. aliter nō posset per ipm certū preciū ɔmutabilibus imponi. Quarta est ꝙ sit bñ permāsiuū sine corruptiōe qꝛ aliter non posset per ipm future indigentie ꝓuideri. Quinta est ꝙ habeat materiā p̄ciosam vt magn⁹ valor possit in paruo loco reponi ⁊ ad loca distātia facilit̄ portari. Sexta est ꝙ sit in parua diuisibile spāliter pp pauperes q̄ multis rebus indigēt parui precij. ¶ Scdo dr̄ ad dubiū ꝙ primo valor numismatis indigētia humana mēsuratur. deinde postꝙ valor pecunie mēsuratus fuerit ſm ꝓportionē ad indigentiā humanā oīa cōmutabilia poterūt appreciari ſm ꝓportionē ad pecuniam. qualē enī ꝓportionē habebūt ad hūanā indigētiā: talē proportionē habebunt ad pecunias hūane indigentie. ¶ Ad primā rationē dubij dr̄ ꝙ vnica est pīa ⁊ pīncipalis mēsura cōmutabiliū scꝫ hūana indigentia: sed nō est inconueniēs aliā esse mediā q̄ mensurata per primā pōt reliquū mēsurare. ¶ Ad scdam cōceditur ꝙ numisma non est certa mēsura venaliuꝫ nisi ſm relationē ipi⁹ et illoꝝ ad humanā indigentiā.

Con...

¶ Ad primam rationē ante oppositū qstiōis dicitur ꝙ nec plus nec min⁹ debito habere saluat̄ per ɔpassum ꝓportionale. sed non semꝑ perequale. ¶ Ad scdam dr̄ silr. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ licet cōtrapassum attēdatur in distributionib⁹ ſm comparationē eoꝝ qbus fit distributio ad cōitatē: tamē nullū est contrapassuꝫ scdm cōparationē eoꝝ quibus fit distributio adinuicē. vt prius dictum est.

Quest... solu... tio cap...

Quia est aūt iniustū faciētē nōdum iniustū esse. quales autem iniustificationes faciēs iam iniustus est scdm vnāquāqꝫ iniusticiā puta fur vel mechus vel latro vel sic quidem nichil differt. Etenim si vtiqꝫ cōmisceatur mulieri sciens cui sed non propter electiōis principiū/sed propter passionē: iniustū quidē igit̄ facit. iniustus autē nō est. neqꝫ fur: furatus est aūt. neqꝫ mechus mechatus est aūt. silr aūt ⁊ in alijs. Qualiter qdem igit̄ habet ɔtrapassum ad iustū dictū est prius. ¶ Oportet aūt non latere qm̄ qd̄ qrit̄ est ⁊ simplr̄ iustū/et politicū iustum hoc aūt est cōicatiuū vite ad esse ꝑ sufficientiā in liberis ⁊ equalib⁹ vel scdm ꝓportionalitatē vel numeꝝ. Quare quātis nō est hoc. non his est adinuicem politicum iustum sed quoddā iustū ⁊ scdm similitudinē. ¶ Est enim iustum qbus ⁊ lex ad ipos. lex autē in qbus iniusticia. vindicta enī iudiciū iusti et iniusti. in quib⁹ aūt iniusticia ⁊ iniustū facere. in quib⁹ autē iniustū facere: non oībus in

prima

iusticia. ⁊ hoc est pl⁹ ipi tribuere simplr̄ bonoꝝ. min⁹ autē simplr̄ maloꝝ. ¶ Propt̄ qḋ nō sinim⁹ pͥncipari hoīem sed scḋm rōnē. qm̄ sibiipi hoc facit ⁊ fit tyrān⁹. est autē pͥnceps custos iusti. si aūt iusti: ⁊ equalis. ¶ Qꝛ aūt nichil ipi pl⁹ esse videt̄ siquidē iust⁹. nō eniꝫ tribuit plus simplr̄ boni ipi si nō ad ipm̄ proportiōale est ideo alteri laborat. ⁊ ꝓpt̄ hoc alienū aiunt esse bonū iusticiā queadmoduꝫ
[Corr]elariū dictum ē prius. ¶ Merces ergo qdā danda hec autē honoꝛ / et glīa. quibus autē nō suffi
[Secun]da 2cl'o cientia hec: isti sunt tyrāni. ¶ Dn̄atiuū autē iustum / et paternuꝫ nō idem his: sed simile. Non enim est iniusticia ad ea q̄ ipius simpliciter. possessio auteꝫ ⁊ filius vsqꝫ vtiqꝫ sic pelicon. et separetur queadmoduꝫ pars ipius sibiipi autem nullus eligit nocere. propt̄ qḋ non est iniusticia ad seipm̄. non ergo iniustū neqꝫ iustum politicum. ¶ Scḋm eī legē erat et in quibus nata erat esse lex. Isti autē erāt quibus existit equalitas eius quod est principari et subiici. ¶ Propter quod magis ad vxorem est iustum q̄ ad natos et possessiones. hoc enim est economicum iustum: alterum autem est et hoc a politico.

[Divisio de i]usto ci[vili]. Iste est tertius tractatus hui⁹ libri in quo aristoteles determinat de iusto politico siue ciuili Et diuidit̄ tractatus in quinqꝫ capitula q̄ patebunt in ꝓcessu. In primo ostēdit inter quos habet fieri ius politicū. ⁊ diuidit̄ capitulū in duas ꝑtes. In pͥma
[Quest]io clu[cidat]a. mouet vnā q̄stionē. In scḋa facit qḋ dictum est. Primo igit̄ mouet talē q̄stionē. cū fieri possit vt quis iniustū faciat q̄ tū nō sit iniustus: quales iniustificatōes faciēs iniustus dicēdus est scḋm vnāquāqꝫ iniusticiā particularē? puta fur / vel mechus / vel latro. vel nichil differt ad hoc ꝙ q̄s iniustus dicat̄ qualia iniusta fecerit? Et hui⁹ questionis motiuū declarat exēplariter scꝫ ꝙ ꝯtingat iniusta operantē nō esse iniustū. nā si quis ꝯmisceat mulieri sciēs cui nō ꝓpter electionē sed ꝓpter passionē licet iniustū faciat tū nō est iniust⁹. nec sic capiēs alienū ē fur: licet furatus sit. nec si mechans sit. est mechus: licet mechatus sit. ⁊ sic de aliis. hanc questionem soluet. p. in tertio capitulo hui⁹ tractatus. Et subdit phs ꝙ qualiter se habet cōtrapassum ad iustū dictū est prius. ¶ Oportet
[Du]as 2clu[siones e]ucidata autē. Hec est scḋa pars capituli ī qua phs ponit duas cōclusiones. Prima est. Iustū simplr̄ ⁊ politicū de quo est hic sermo solū est inter liberos ⁊ eq̄les. Probat phs quattuoꝛ rōnib⁹. Prima rō est. qꝛ iustū politicū est quedā cōicatio ad sufficiētiā vt scꝫ cōicantibus nichil desit ad vitā necessariū. sed hmōi cōicatio solū inest liberis et eq̄libus vl' scḋm ꝓportionalitatē vl' scḋm numerū. ⁊ q̄buscūqꝫ hec nō inest nec iustū politicū nisi scḋm similitudinē. Igitur. ¶ Est eniꝫ. Scḋa rō. inter quos pōt eē iustū politicū: pōt esse lex. et inter quos lex: ⁊ iusticia. et inter q̄s iniusticia: ⁊ iniustū facere. licet nō econtra. sed solū inter liberos et equales est iniustū facere. ergo solū inter liberos et equales est iustū politicū. Maiorē quo ad secundā partē ꝓbat. scꝫ ꝙ inter quos pōt eē lex inter eos pōt esse iniusticia. qꝛ iudiciū qḋ fit scḋm legē nō est aliud

ꝙ vindicta iusti ⁊ iniusti. igit̄ in quib⁹ est iniusticia pōt esse iniustū facere. Minorē ꝓbat. qꝛ iniustū facere ē pl⁹ sibi tribuere simplr̄ bonoꝝ ⁊ minus simplicit̄ maloꝝ ꝙ alteri. ergo nō est iniustū facere nisi in ꝯpatiōe ad alterū et nō nisi inter liberos ⁊ equales. igit̄. ¶ Propter qḋ. Tertia rō. nō sinimus aliquē pͥncipari ꝓ sua volūtate sed scḋm rationē. qꝛ si dn̄aret̄ ꝓ sua volūtate: tūc sibi pl⁹ tribueret de bonis et minus de malis et esset tirānus. sed pͥnceps est custos iusti. ⁊ si iusti ergo ⁊ equalis. ⁊ ꝑ ꝯñs iustū politicū est inter eq̄les. ¶ Quia autē. Quarta rō. Iustus politicus nichil plus sibi tribuit de bonis simplr̄ ꝙ alteri. nisi qn̄ scḋm ꝓportionalitatē sibi plus debetur qꝛ alteri laborat sicut et sibiipsi. ꝓpter qḋ iusticia politica bonū alienū dicit̄. ergo iustū politicū est inter li-
beros ⁊ equales. ¶ Merces ergo. Hic phs infert vnū Correlarium
correlariū ꝙ merces quedā danda est iustis pͥncipib⁹ hec aūt est honoꝛ ⁊ gloria ⁊ illi quibus hec nō sufficiunt
sunt tyrāni. ¶ Dn̄atiuū autē. Scḋa ꝯcl'o. lꝫ iustū dn̄ati Secūda cōcl'o
uuꝫ ⁊ paternū sint similia iusto politico: nō tū sunt iusta politica. ꝓbat phs trib⁹ rōnib⁹. Pͥma est. qꝛ nulli ad ea q̄ sunt ei⁹: est iniustū. ergo nec iustū politicū. Añs ꝓbat qꝛ nulli ad ea q̄ sunt ei⁹ est iniusticia. qꝛ sibiipi null⁹ eligit nocere. sed possessiōes ⁊ filii q̄ pertinēt ad iustū dn̄atiuū ⁊ paternū sunt tanq̄ ꝑtes ei⁹ cui⁹ sunt. igit̄ respectu taliū nō est iusticia neqꝫ iustū politicū. ¶ Scḋm eīm. Scḋa rō. iustū politicū solū est inter eos inter q̄s nata ē esse lex. cū sit scḋm legē. sed inter dn̄m ⁊ seruū patrē ⁊ filiū nō est nata esse lex. qꝛ inter eos nō est equalitas dn̄andi et subiiciēdi siue imperādi ⁊ parēdi. ꝗ inter eos nō ē iustū politicū. ¶ Propter qḋ. Tertia rō. viri ad vxorem magis ē iustū ꝙ ad filios ⁊ possessiōes. ⁊ tū ad vxorē nō est iustū politicū sed economicū qḋ ē alterū a politico. ꝗ ad filios aut seruos nō est iustū politicū.

Politici autē iusti hoc qdē naturale ē. hoc autē legale. natura- Diuisio iusti
le quidē qḋ vbiqꝫ habet eandē potentiā et nō in videri vel nō legale aūt qḋ ex principio qui dem nichil differt sic vel aliter. qn̄ aūt ponit̄ differt puta mna redimi. vel caprā sacrificare: sed nō duas oues. Adhuc q̄cūqꝫ in singularib⁹ legē ponunt. puta sacrificare brasidē et sententialia. ¶ Videt̄ aūt q̄busdā oia es- Obiectio quorundam
se talia. qꝛ qḋ qdē natura imobile / ⁊ vbicūqꝫ eandē habet potentiā queadmodū ignis ⁊ hic et in persis ardet. iusta aūt mota conspiciunt. ¶ Hoc autē non ē sic habēs. sed est vt Solutio.
q̄uis apud deos equaliter nequaq̄ habens apud nos aūt est qdē aliqd natura mobile. nō tū oē. sed est tū hoc qdē natura. hoc autē
nō natura. ¶ Quale aūt natura cōtingētiū Dubium.
et aliter habere ⁊ quale nō. sed legale ⁊ ꝯpo
sitiō est ābo mobilia silr̄. ¶ Manifestū aūt ⁊ Responsio.
et in aliis eadē cōgruit determinatio. Natura enim dextra melioꝛ q̄uis cōtingat ambi-
dexteros fieri. ¶ Que aūt scḋm cōpositionē Prima cōcl'o
et cōferens iustorum similia sunt mensuris. Nō eni sunt vbiqꝫ equales vini et frumenti

mensure. sed vbi quidē emunt maiores. vbi vēdunt minores. Silr aūt ꝛ nō naturalia sꝫ hūana iusta nō eadem vbiqꝫ. qꝛ neqꝫ vrbanitas: sed vna solum vbiqꝫ ſm naturā optima.

Secunda.

¶ Justoꝝ aūt ꝛ legaliū vnūquodqꝫ vt vniuersalia ad singularia hꝫ: opaia qdē el multa. Illoꝝ aūt vnūquodqꝫ vnū vniuersale est enī.

Tertia.

¶ Differt autē iniustificatio ꝛ iniustū et iustificatio ꝛ iustū. iniustū qdē est natura vl' ordine. idē autē hoc qñ opatū est iniustificatio est. ante autē qꝫ opatū: nequaqꝫ sed iniustum. Similiter autē ꝛ iustificatio vocat autē cōe magis diceopragenia. iustificatio autem directio iniustificatiōis. ¶ Scōm vnūquodqꝫ aūt ipoꝝ ꝛ quales species et quot et que existunt posterius videndum.

Istud est scōm capitulū huius tertij tractat' In quo phs diuidit iustū politicū. ꝛ diuidit ca. in duas ptes. In prima facit qꝺ dictū est ꝛ declarat mēbra diuidentia. In scꝺa vero determiat de iusto cōparatiue.

Diuisio iusti politici.

Dicit ergo primo qꝫ iusti politici aliud ē naturale aliud est legale. iustū naturale est qꝺ vbiqꝫ habet eandē potentiā ꝛ nō qꝛ sic videat vel nō videat. i. iustū naturale est qꝺ natura oēs gētes docuit. ꝛ nō ideo ē iustum: qꝛ bonū visuꝫ est sic institui. Justū vero legale est qꝺ ab initio nichil differebat si isto vel illo mō esset sed postqꝫ lata est lex refert. ꝛ istud diuidit in ciuile ꝛ pōtificiū. Exemplū de iusto ciuili vt qꝫ redēptiones captiuoꝝ certo precio fiant puta mna. Exemplū de iusto pōtificio vt qꝫ capra imolet ꝛ nō due oues. ꝛ vniuersaliter qcūqꝫ in singularib' legē posuit puta sacrificare brasidē. i. illi dee et alia huiusmōi q publicis decretis statuūtur. et accipit phs iustū politicū large p omni iure quo vtit policia siue cōitas.

Obiectio quorundam

¶ Videt aūt. Hic ponit phus obiectionem quorūdā cōtra predictā diuisionē cuꝫ eoꝝ motiuo. dicebāt eī oīa iusta eē talia. i. positiua siue legalia. qꝛ omne naturale est imobile ꝛ vbiqꝫ habet eandē potentiā sicut ignis hic et apud persas ardet. sed oīa iusta sunt mobilia. ergo nullū est iustū naturale.

Solutio.

¶ Hoc aūt. Hic soluit phs predictā obiectionē dicēs qꝫ in aliquibus oē naturale est immobile puta apud deos. in aliquib' aūt puta apud nos qꝫuis aliquid sit naturale ꝛ aliquid nō. tamē omne est mobile. ꝛ ita aliquid naturale est mobile.

Dubium.

¶ Quale autē. Hic phs circa predictā solutionem mouet vnū dubiū. diceret enī aliquis si ambo iusta scꝫ naturale et legale sunt mobilia. quale ipoꝝ cōtingentiū ꝛ aliter se habere possibiliū est natura. i. per naturā siue naturale. ꝛ quale nō est naturale: sed legale ꝛ ex cōpositione. i. ex lege ꝛ institutiōe humana.

Responsio.

¶ Manifestū aūt. Hic respōdet phs ad predictum dubiū dicēs qꝫ in his est eadē determinatio sicut in alijs naturalib'. vt qꝫuis dextra ſm naturā sit melior sinistra: tñ nichil phibet aliquos esse ambidextros. i. vtraqꝫ manu tanqꝫ dextra potentes.

Prima ꝯclusio elucidata.

¶ Que autē. Hic phs ostendit mutabilitatē iusti legalis et ponit talē cōclusionē. Justa legalia siue positiua non sunt eadē apud oēs. Probat. p. dupliciter. Primo per simile. qꝛ mēsure vini ꝛ frumēti nō sunt equales apud oēs. sed vbi emūtur predicta sunt maiores. et vbi vēdunt minores. Scꝺo pbat. qꝛ nō est vna ꝛ eadē vrbanitas siue respublica apud oēs. cū non sit vbiqꝫ nisi vna respublica optima ſm naturā. g nō sunt eadē iusta positiua apud oēs.

¶ Justoꝝ aūt. Hec est scꝺa pars capituli. in qua. p. determinat de iusto politico cōparatiue. Et ponit duas cōclusiones.

Secunda

Prima cōclusio est. iustū naturale ꝛ legale se habēt ad iusta opata sicut vniuersale ad singularia. Probat. p. qꝛ vni' iusti naturalis siue legalis multa sunt iusta opata: igit.

Tertia

¶ Differt aūt. Scꝺa cōclusio. iniustificatio siue iniuria ꝛ iniustū nō sunt idē. similiter nec iustificatio ꝛ iustū. Probat phs. qꝛ aliquid est iniustū natura vel ordinatiōe etiā anteqꝫ operatū sit. idē vero qñ opatū est: est iniustificatio. vt iniustū est occidere hoīem etiā cū nō fiat sed cū factū est dr iniustificatio siue iniuria. Et silr dicēdū est de iustificatiōe ꝛ iusto. Et subdit phs qꝫ iustū operatū cōiter acceptum: dicit diceopragenia. i. iusti actio siue opato. sꝫ directio siue emēdatio iniustificatiōis siue iniurie dr iustificatio. ¶ Secundū. Hic excusat se phūs de ampliori determinatiōe de istis dicēs qꝫ de specieb' iustoꝝ quales ꝛ quot et circa q sunt posterius videndū est. scꝫ in politicis.

Prima co…

Existentibus aūt iustis ꝛ iniustis dictis: iniustū facit qdē ꝛ iustū operat qñ volēs quis ipa operatur. qñ autem nolēs: neqꝫ iniustum facit neqꝫ operat iustū sed solum scōm accidēs. quib' enī accidit iustum esse vel iniustum operatur. Justificatio autem et diceopragenia determinatur voluntario et inuoluntario. cū enī voluntariū fit: vituperat. simul aūt ꝛ iniustificatio tunc est. quare iniustuꝫ aliqd erit quidē. Iniustificatio aut nequaqꝫ: si nō voluntariū assit.

Secunda.

¶ Dico aūt voluntariū quidē (quēadmodū pri' dictū est) qꝺ vtiqꝫ aliqs in seipo existentium sciēs et nō ignorās operatur: neqꝫ quē/neqꝫ quo/neqꝫ cui' gra. puta quē percutit/ꝛ quo et cuius gratia. ꝛ illoꝝ vnūqꝺqꝫ nō scōm accidens neqꝫ vi. quēadmodū si quis accipiēs manū ipius percutit alterū. nō volens autē. non enim in ipo. cōtingit autem percussum patrem esse. Hunc autem qñ quidem homo vel presentiū aliquis cognoscit. qñ autē pater ignorat. Silr aūt tale determinetur ꝛ in his cuius gratia et circa operationē totam.

Primum … relatorum.

¶ Ignoratū vtiqꝫ vel nō ignoratū nō in ipo autē ens vel vi inuoluntariū.

Soluit dubium.

Multa enim ꝛ natura existentiū scientes ꝛ opamur ꝛ patimur quorum nullū neqꝫ voluntariū neqꝫ inuolūtariū est. puta senescere vel mori.

Secunda

¶ Est autem silr in iniustis et iustis. ꝛ qꝺ scōm accidēs: etenī si pignus reddat quis nolens ꝛ pꝑter timorē neqꝫ iusta opari neqꝫ diocepragenia dicendum: sed vel secundū accidens. Silr aūt et coactū nolentē pignus nō reddētem secundū accidēs dicēdū iniustū facere ꝛ iniusta opari.

Diuisio … tariorum.

¶ Voluntarioꝝ aūt hec qdeꝫ preeligētes opamur. hec aūt nō peligentes quidē qcunqꝫ pconsiliantes. ineligibilia aūt

quecunq̃ imprecōsiliata. ¶ Trib⁹ itaq̃ exi-
stētibus nocumētis eoꝝ q̃ in cōicatiōibus q̄
q̄dē cū ignorātia peccata sunt qñ neq̃ quē:
neq̃ quo neq̃ quid neq̃ cuius gratia existi-
mauit hec opatus est. vel eni non iacere vel
nō hoc/vel nō hunc vel nō huius gratia exi-
stimauit. sed accidit nō cuius gratia existi-
mauit. puta non vt vulneret: sed vt pungat.
vel nō quē/vel nō vt. ¶ Quādoquidē igit̄
paralogice nocumentū fit infortuniū. qñ au
tem nō paralogice sine malicia aūt peccatū.
peccat quidē cū cū in seipo principiū sit cau
se. infortunat aūt: cū extra. ¶ Qñ aūt sciēs
quidē nō precōsiliās aūt iniustificatio. puta
q̄cunq̃ propter irā et alias passiōes quascū
q̃ necessarias vel naturales accidunt hoīb⁹
hec enim nocentes ⁊ peccātes iniustū faciūt
quidem et iniustificatiōes sunt. nō tñ iniusti
propter hoc neq̃ mali. neq̃ eni ꝓpter mali-
ciam nocumentū. ¶ Qñ autē ex electiōe in
iustus et mal⁹. Propter qꝺ bene q̄ ex ira nō
ex prouidentia iudicant̄. non eni incipit qui
ira aliquid facit: sed qui ad iram prouocat.
¶ Adhuc aūt neq̃ de fieri vel nō dubitatur
sed de iusto. manifesta enim iniusticia ira est
Non enim queadmodū in cōmutationibus
de fieri dubitant necesse est alterū esse malū
si nō propter obliuionē id operentur sed cō-
fitentes de re qualiter iniustū dubitāt. Qui
autē insidiātur nō ignorāt. quare hic quidē
existimat iniuste pati. hic aūt nō. ¶ Si autē
ex electione noceat iniustū facit. ⁊ scd̄m has
quidē iā iniustificatiōes iniustū faciēs iniu-
stus. cum p̄ter ꝓportionale sit vel p̄ter equa
le. sič autē et iustus cum p̄eligens iustū ope
retur. iustum autē opatur si solū volēs ope-
ret̄. ¶ Inuoluntarioꝝ autez hec quidē sunt
venialia: hec autē nō venialia. q̄cunq̃ q̄dez
eni non soluz ignorātes sed propter ignorā
tiam peccāt venialia. q̄cunq̃ autem nō pro
pter ignorantiā sed propter ignorātes qui-
dem propter passionem autem neq̃ natura
lem neq̃ humanam nō venialia.

¶ **Dubitatur** ſcd̃o Utrũ iudex corruptus ferẽs iniustã sententiam ꝑ parte corrumpente grauius delinquat q̄ pars corrũpẽs? ¶ Et arg̃ primo q̄ nõ. q: plus peccat q̄ in plures peccat. ſʒ pars corrũpens in plures peccat. q: et in iudicem corrũpendo eũ: et in partem. iudex autẽ in partẽ tñ. igit̃. ¶ Secũdo plus peccat q̄ tollit bona aĩe et bona exteriora: q̄ q̄ tollit bona aĩe tñ. ſed pars corrũpens tollit bona aĩe iudicis et bona exteriora partis aduerse. iudex autẽ ꝑ iniquã sententiam solũ tollit bona exteriora partis: igitur. ¶ Et cõfirmat̃ de Pylato q̄ erat iudex: et Juda q̄ erat pars. Nam dixit xp̃s pylato. Qui tradidit me tibi maius peccatũ habet: igr̃. ¶ In oppositum videtur eẽ phs in quinto capitulo huius tractatus. ¶ Pro solutione dubij aduertẽdũ est q̄ hoĩes cõiter iustificãt q̄tuor de causis. ſcʒ timore/cupiditate/odio/⁊ amore. In duabus p̃mis causis iudex respicit ad ſeipm̃ in alijs vero ad aliũ. ⁊ in duabus primis iudex dr̃ corrũpi ꝑ partem q̄ vel cõminat̃ aliquid terribile vel dat seu ꝓmittit aliquid cõcupiscibile. In alijs aũt duabus iudex nõ ꝓprie corrumpitur ꝑ partem. ideo de istis duabus causis nichil ad ꝓpositũ dubiũ. nã iiusticia tota ĩ iudice eẽ videt̃. ¶ Ad hoc dubiũ solet respõderi ꝑ tres ꝓpõnes. Prima est. Judex cupiditate corruptus plus peccat q̄ iudex timore corruptus. Probat̃: q: pctm̃ tanto ẽ grauius: quãto est magis voluntariũ. modo pctm̃ ex cupiditate est magis voluntariũ q̄ pctm̃ ex timore. nam q̄ operatur ex timore ipse quasi inuitus et cũ displicẽtia operatur: igitur. posset tñ obiectum timoris eẽ ita debile: ⁊ obiectum cupiditatis ita magnũ: q̄ ille qui ex timore ĩiustificaret: plus peccaret. ¶ Scd̃a ꝓpõ. Judex corruptus ex cupiditate plus peccat q̄ pars corrũpẽs. Probatur: quia iudex plus obligatur ad non operandũ iniuste q̄ pars. cũ iudex obliget̃ iure cõi sicut et pars. et cũ hoc iure speciali tanq̄ iudex. igr̃ plus peccat. possibile tñ est: q̄ ex tanto affectu malicie pars corrũpẽs operaretur q̄ multo magis peccaret q̄ iudex corrupt⁹. nõ autem si equali affectu cupiditatis et eq̃li motiuo vterq; operetur. ¶ Tertia ꝓpõ. Judex timore corrupt⁹ minus peccat q̄ pars corrũpens. Ptʒ: q: eius pctm̃ ẽ minus voluntariũ. Est tñ ista ꝓpõ moderanda. q̃ũ ſi non fuerit timor causatus ex his obiectis q̄ innata eẽnt mouere constantem virum ⁊ ſm illas circũstantias ſm q̄s mouerent constantem virum: propositio nõ haberet veritatem ꝓpter hoc q̄ iudex valde plus est obligatus ad iustum faciendum et tuendum et obuiatoribus viriliter resistendum. ¶ Ad primã rõnẽ dubij dr̃ q̄ plus peccat qui in plures peccat ceteris paribus. ſed cetera hic non sunt paria. etiam sicut pars corrũpens peccat ĩ iudicem: ita iudex in partem corrumpentem: quia nutrit eam in sua prauitate. ¶ Ad ſecũdam dr̃ q̄ bona aĩe nõ possunt auferri ꝑ alium: ſed vnusquisq; peccando et nullus alius aĩam propriam deprauat. ¶ Ad cõfirmationem põt dici q̄ pylatus nõ cupiditate ſed timore corruptus fuit q̃ñ dicebatur ei. Si hunc dimittis: non eris amicus cesaris.

¶ **Dubitatur** tertio Utrũ difficilius sit eẽ iustũ q̄ eẽ bonũ medicũ? ¶ Et arg̃ primo q̄ non. q: in medicando opʒ ad plura inspicere. ſcʒ ad etatem: ad regionẽ: ad tp̃s: ad cõplexionẽ: ad cõstellationẽ celestem: ad q̃litates medicinarũ: ⁊ hmõi. ſʒ in iusto (vt dicit phs) solũ respicit̃ ad nocumenti differẽtiam. ſʒ difficilius est ad plura inspicere q̄ ad pauca: igr̃. ¶ Scd̃o iusticia est circa ea q̄ nos exterius operamur. medicina vero circa effect⁹ ĩteriores nature: igr̃. ¶ Et cõfirmat̃. ſciã medicinalis est multo ꝓfundioris ꝑscrutatõnis q̄ ſciã legalis q̄ iustũ et iniustũ determinat. igr̃. ¶ In oppositum videt̃ eẽ Aristo. in quinto capitulo huius tractatus. ¶ Pro solutione dubij aduertendũ q̄ difficultas opatiõis pt attẽdi vl' ex parte obiecti vel ex pte operantis. Et ex pte obiecti dupl'r. Uno mõ ꝑꝑ excessum ⁊ improportionẽ obiecti ad intellectum. ¶ Alio mõ propter obiecti variabilitatẽ. ꝑꝑ obiecti excessum diuina sũt difficiliora naturalib⁹ ⁊ moralib⁹. e cõuerso tñ ꝑꝑ obiecti variabilitatẽ. ¶ Tũc dr̃ ad dubiũ. p̃mo: q̄ ex pte operãtis difficili⁹ est eẽ iustũ q̄ bonũ medicũ. Probat̃: q: ĩ opatiõe vel hĩtu ꝓuenit ex pte nr̃a difficultas: ex eo q̄ pars sensitiua ĩnata ẽ aduersari rõni ⁊ eius subuertere iudiciũ: ſʒ circa obiectũ iusticie magis est innatus appetitus aduersari rõni ⁊ eius subuertere iudiciũ: q̄ circa obiectũ medicine. Est eñi maior honor/maius lucrũ/et maior delectatio medico ĩ sanãdo q̄ in interficiendo: ſʒ sepe lucra/honores/amici/delectatiões sẽsuales/timores tristicie ⁊ ĩimicitie ⁊ hmõi trahũt ad ĩeptũ iudiciũ: igit̃. Dicitur ſcd̃o q̄dã q̄ ſʒ obiecti excessũ ⁊ latẽtiã difficili⁹ ẽ

Ad dubium

Quis peccat grauius iudex corruptus vel pars corrũpens.

Cause motiue ad iniustificandi.

Ad dubiu[m]

An sit diffici[li]us eẽ iu[stum] q̄ bonum [me]dicum.

Difficult[as] operatio[nis]

Ad dub[ium]

esse iustū q̄ bonū medicū. qr volūtas humana est valde latēs, nā sepe hoīes vnū pretēdunt τ aliud excogitant. natura aūt nō sic. sed quicqd intēdit illud manifestat p operationē. ꝓpter qđ facilius ē de naturalib⁹ (de q̄bus est medicina) q̄ de volūtariis circa q̄ est iusticia iudicare. Sed hoc nō videtur verū. qm̄ nō ad omne iustū requirit q̄ sciamus hoīm mētes occultas: cū hoc sit īpossibile. sz sufficit ea cognoscere q̄ exterius nobis apparēt vel probari possunt p iuramēta / per testes / p litteras / aut aliq̄ alio mō. modo talia nō sunt nobis ita occulta sicut interiores egritudinū cause τ herbaꝝ proprietates. Tertio dicūt: q̄ fm̄ obiecti variationē difficili⁹ est esse iustuz q̄ medicū. qr in actib⁹ hūanis circa quos est iusticia: ē maior varietas q̄ in cōplexiōib⁹ circa quas est medicina. dicūt eñ q̄ in his circa q̄ est medicina solū ē varietas ex pte materie. s. ex diuersa ꝓportiōe reꝝ elemētariū: ex diuersa ꝯmēsuratiōe humoꝝ τ hmōi. sed in actib⁹ hūanis est variabilitas ex pte materie / ex pte finis / τ oīm aliaꝝ circūstātiaꝝ. Sed ista rō nō videt̄ veꝝ assumere. nā medicus nō solū aspicit ad ꝯplexiōis τ humoꝝ variabilitatem: sed etiā ad infirmi ꝟtutē / etatē / nutrimētū / τ vite / ac exercitij assuefactionē / ad locū egritudīs / ad tēpus / ad aeris qualitatē / ad influxū celestē τ alia hmōi. et sic valde difficile est τ esse bonū medicū τ esse iustū. tū propter difficultatē in cognoscēdo vtꝝ rōne insta τ sana τ ea q̄ ꝑtinēt ad insta τ sana. Tum ꝓpter difficultatē in sciēdo pticulares applicatiōes medicinaꝝ τ iuriū fm̄ exigētiā τ cōbinationē oīm particulariū circūstātiaꝝ. Et iste due difficultates se tenēt ex parte intellect⁹, nec in his aristoteles dicit difficili⁹ esse iustū q̄ medicū. sed magis fm̄ ꝯsilitudinē ꝯparauit eos. Et si q̄s eoꝝ dissimilitudinē velit in his intelligere: videt̄ q̄ medicū esse sit difficilius. Alia difficultas ex parte appetit⁹ q̄ spāliter habz locū circa obiectū. τ de ista difficultate loquēdo difficilius est esse iustū q̄ medicū vt supra dictū est. ¶ Rationes dubij τ q̄stionis satis soluūtur ex dictis.

...rit quali ...se habeat ...ekia ad iu... ...iam

De epiekia vero τ epiekes qualiter hec hūt epiekia q̄dē ad iusticiā. epiekes aūt ad iustū ꝓximuz est dicere. neqz eī vt idē simplr: neqz vt alteꝝ gñe videtur intēdentib⁹. τ q̄nqz eī epiekes laudam⁹ et virū talē. quare τ ad talia laudātes trāsferim⁹ ꝓ bono magis epiekes. qm̄ meli⁹ ostēdentes. ¶ Qñqz autē rōnē sequētib⁹ videt̄ incōueniens: si epiekes ꝑter iustū q̄dē exñs laudabile ē. vel eī iustū nō studiosū vl' epiekes aliud vl' si ābo studiosa: idē sunt. dubitatio quidez igit̄ fere accidit ꝓpter hoc circa epiekes. ¶ Habēt autē oīa scđm modū quē-

...ma conclo ...ponsiua.

dā recte. et nichil ꝯtrariuz sibijpis. epiekes eñ iusto quoddā ens melius et iustum τ nō vt aliud quoddā genus exñs melius est iusto. idem ergo iustuz τ epiekes. Et ābobus studiosis existētibus: melius epiekes. ¶ Facit autem dubitationez: qm̄ epiekes iustum quidem est. nō scđm legē aūt sed directio iusti legalis. Cā aūt qm̄ lex q̄dē vl'r oīs. de quibusdā autē nō possibile est recte dicere vl'r. ...cunda.

in quibus quidē igit̄ necessarium dicere vl'r nō possibile autem recte. hoc vt in plus accipit lex nō ignorās q̄ peccatū est. ¶ Et est nihil minus recta. peccatū eñ nō in lege neqz in legislatore sed in natura rei est. confestim eñ operabiliū natura talis est. Cum igit̄ dicat lex vl'r. accidit autem in hoc preter ea q̄ vl'r: tunc recte habet. vbi reliquit legispositor et peccauit simpliciter dicēs dirigere qđ deficit et legispositor sic vtiqz diceret illic ꝑsens. et si sciret: lege posuisset. ¶ Propt̄ qđ iustuz quidem est τ quoddam melius iusto. nō eo q̄ simpliciter aūt: sed eo q̄ ꝓpter simpliciter peccatū. ¶ Et est hec natura q̄ epiekes directio legis vbi deficit propter particulare. hec eñ cā τ eius quod non oīa scđm legem esse. qm̄ de quibusdā impossibile ponere legem. quare sentētia indiget. indeterminati eñ indeterminata τ regula est. quēadmodum τ lesbie edificatiōis plūbea regula est. ad figurā eñ lapidis trāsmutat̄ et nō manet regula et sententia ad res. ¶ Quid quidem igitur est epiekes et quomā iustum et quiddam melius iusto manifestum. Manifestum autem ex hoc et epiekes quis est. talium eñ electiuus et operatiuus. nō acribodiccos ad deterius: sed minoratiuus q̄ᵹuis habens legem adiuuātem epiekes est. Et habitus ipse epiekia iusticia quedā existens et non alter quidam habitus.

Remouetur error tortacinis. Tertia ꝯclusio Quarta. Epilogatio.

Iste est quartus τ vltim⁹ tractatus huius libri: in quo phūs determīat de epiekia. Et cōtinet duo capitula. In primo determinat de epiekia et epieke. i. de equitate τ bonitate et de equo τ bono. Et diuidit̄ capitulum in duas ptes. In pria cōparat epiekiā ad iusticiā: τ epiekes ad iustū. In scđa vero epilogat. Primo ergo ponit intentū suū τ tāgit vnā difficultatē dicēs: q̄ determinandū est qualiter se habet epiekia ad iusticiā τ epiekes ad iustuz. qr neqz sunt idem simpliciter cum iusticia et iusto neqz diuersa genere. Et arguit primo q̄ epiekia sit virtus maior iusticia: qr quandoqz laudam⁹ epiekes: id est equū et bonum τ virum talem. i. qui operatur equū τ bonū etiam magis q̄ iustū, quis nomen epiekis quasi maius bonū ad talia opera ea laudātes transferimus. ergo epiekia est virtus maior iusticia. ¶ Quādoqz aūt. Hic arguit philosophus ad partē oppositam. quia incōueniens est ratione sequētibus epiekeo esse aliquid laudabile preter iustum. i. distinctū a iusto. ergo epiekia non est virtus distincta a iusticia. Año patet. qr vel epiekes et iustū sunt ābo studiosa τ tūc sūt idem. vel iustū nō est studiosum. et hoc est incōueniens. vel epiekes ē aliud a studioso siue nō studiosum. quod est etiā incōueniens. igitur. Et subdit phūs: q̄ propter predicta fere dubitatio emergit circa epiekes. qr ex vna parte videt̄ esse idē qđ iustū. ex alia vero nō. ¶ Hūc aūt. Hic rūdet phūs ad ꝑdictam dubitationē dicēs: q̄ predicta fm̄ aliquē modū vera sunt nec habēt inter se cōtrarietatē. quod declarat

Qualit̄ se hēat epiekia ad iusticiā inquirit. Resolutio.

Pria ꝓpositio. per quattuoꝛ cõclusiones. ¶ Prima est. epiekes est iu-
stum aliquo iusto melius. sed nõ vt differẽs gñe a iusto.
Primã partẽ relinqt notã per rõnem factã ad partem
affirmatiuã. ⁊ scðam ꝑ ratione partis negatiue. ¶ Fa-
Secunda. cit aũt. Scða cõclusio. epiekes nõ est iustũ legale: sed di
rectio ⁊ emẽdatio iusti legalis. Probat. ꝑ. q꞉ cuiuslibet
legis vl'r enũciantis de his in quibꝰ aliquid aliq̃n acci-
dit ꝑter id qð enũciatur vl'r vel in q̃bus nõ est possibile
recte dicere vl'r: rõnabile est esse aliqð directiuũ ⁊ emen
datiuũ defectus ⁊ omissiõis. sed oĩa lex vl'r enũciat ⁊ vt
in pluribꝰ accidit. nõ ignorat tñ legislatoꝛ peccatũ ⁊ in-
stantiã accidere posse ⁊ in aliquibꝰ nõ est possibile recte
dicere vl'r. ergo necesse est esse aliqð directiuũ et emẽda
tiuũ iusti legalis. illud aũt est epiekes: igit. ¶ Et est ni-
Rẽouet errorẽ chil. Hic remouet. ꝑ. vnũ errorẽ. posset enĩ aliq̃s crede-
re q꞉ epiekia est directio legis: ꝙ propter hoc lex nõ ẽẽt
recta: ⁊ ꝙ legispositoꝛ nõ recte legẽ posuisset. Hũc erro-
rem remouet phũs dicẽs: ꝙ nichilominus lex est recta:
nec est pctm̃ in lege neqꝫ in legislatoꝛe: sed in natura rei
q꞉ aliquoꝝ operabiliũ natura talis est vt nõ possint ꝑci-
pi lege a qua nõ debeat aliq̃n exceptio fieri. cũ ḡ lex ꝑci
pit vl'r ⁊ accidit aliq̃d ꝑter id qð vl'r preceptũ est: rõna-
bile est dirigere ⁊ emẽdare qð omisit ⁊ peccauit legispo
sitoꝛ simpl'r. i. vl'r loquẽs. q꞉ sic esse faciendũ diceret le-
gislatoꝛ ipe si presens adesset. ⁊ si sciret: lege posuisset.
Tertia. ¶ Propt' qð. Tertia ꝯclusio. epiekes est iustũ quoddã
aliq̃ iusto melius: nõ quidẽ iusto simpl'r. i. omni iusto vl'r
iusto ꝟm naturã: sed iusto qð deficit q꞉ vl'r enũciat. patꝫ
Quarta. ex dictis. ¶ Et est hec natura. Quarta ꝯclo. ꝑter leges
positas nccĩa est sñia iudicis. Probat phũs dupl'r. pri-
mo: q꞉ hec est natura ⁊ rõ epiekis ꝙ sit directio legis vl'r
enunciãtis vbi deficit ꝓpter ꝑticulare. ḡ ꝑter legẽ neces
saria est sñia iudicis q̃ legẽ emẽdet. Scðo: q꞉ nõ est pos
sibile oĩa esse ꝟꝫ legẽ determiãta. nã de quibusdã ĩpossi
bile est ponere legẽ. ergo ꝑter leges positas nccĩa ẽ sñia
iudicis. ꝯñiam ꝓbat. q꞉ indeterminati indetermiãta est
Regula lesbie regula. vt pꝫ de r'la lesbie edificatiõis q̃ plũbea erat vt
ꝟm exigẽtiã ⁊ figurã lapidũ mutari posset. sic enĩ nõ ma
net lex iusta nisi ꝟm diuersos casus conformet' ad res ꝑ
epiekiã. ¶ Quid q̃dẽ igit'. Hec ẽ scða para ca. i qua. ꝑ.
Epilogatio epilogat dicẽs: ꝙ ex dictis manifestũ est q̃d sit epiekes
et qð est iustũ ⁊ melius iusto. manifestũ est etiã quis est
epiekes. est enĩ taliũ scꝫ bonoꝝ ⁊ equoꝝ electiuꝰ ⁊ opati
uus. ⁊ nõ acribodikeos ad deterius. i. nõ exacte exqui-
rens siue ãplectẽs ius in deterioꝛẽ partẽ in puniẽdo sed
potiꝰ est minoratiuꝰ pena ꝝ. q̃uis habeat legẽ adiuuan
tem ad puniẽdũ. talis aũt est epiekes. ⁊ eiꝰ h̃itus epie-
kia iusticia q̃dã exñs ⁊ nõ alter habitꝰ saltẽ ꝟm genus.
Et sic patꝫ ꝙ epiekes q̃nqꝫ accipit' ꝓ subiecto epiekie:
hoc ẽ ꝓ hoĩe operãte ꝟm epiekiã siue ꝓ h̃nte eã. ⁊ q̃nqꝫ
pro obiecto siue ꝓ eo qð dictat' per dictamẽ directiuũ
et emẽdatiuũ legis vel pro tali dictamine.

Questio. Verũ autẽ cõtingit sibiipi iniu
stum facere vel nõ: manifestũ
ex his q̃ dicta sunt. ¶ Quedã
Prima ꝯclo. quidẽ enĩ sunt iustoꝝ ꝟm oẽm
virtutem a lege oꝛdinata. puta
nõ iubet seipm interficere lex. q̃ aũt nõ iu-
bet: ꝓhibet. ¶ Adhuc aũt cũ ꝑter legẽ no-
ceat nõ cõtra nocẽs volẽs iniustũ facit. vo-
lens aũt hoc sciẽs et quẽ ⁊ vt. qui aũt ꝓpter
irã seipm occidit: volẽs hoc operat' ꝑter re-
ctã legẽ qð nõ sinit lex. iniustũ facit ḡ. ¶ Sꝫ Secunda.
cui vel ciuitati: sibiipi aũt nõ. volẽs enĩ pa-
tit'. iniustũ aũt patit' nullus volẽs. ꝓꝑ qð et
ciuitas dãnificat ⁊ q̃dã inhonoratio adest se
ipm corrũpenti: vt ciuitati iniustũ facienti.
¶ Adhuc scðꝫ ꝙ iniustꝰ q̃ solũ iniustũ faciẽs Tertia.
et nõ totaliter prauus non est iniustũ facere
sibiipi. hoc enĩ aliud ab illo ẽ. est enĩ aliquali
ter iniustus sic malꝰ queãdmodũ timidꝰ nõ
vt totã h̃ns maliciã. quare neqꝫ scðm hãc in
iustum facit. Simul enĩ eidẽ vtiqꝫ erit aufer
ri et adiacere idem. hoc autẽ impossibile sed
semp in pluribꝰ necessariũ ẽ iustũ ⁊ iniustũ
¶ Adhuc autẽ voluntariũ et ex electione et
prius q̃ enim q꞉ passus idẽ cõtrafaceret: nõ
videt' iiustũ facere. ipe autẽ a seipo eadẽ si-
mul patit' ⁊ facit. ¶ Adhuc erit vtiqꝫ volẽtẽ
iniustũ pati. Cũ in his autem siue scðm par-
tem iniustificationibꝰ nullus iniustum facit
sibiipsi. mechat' autem nullus eã q̃ suiipsius
neqꝫ suffodit suiipsius muruꝫ neqꝫ furat' que
suiipsius. ¶ Totaliter autẽ soluitur sibiipi
iniustuꝫ facere scðm diffinitionẽ cã q̃ preter
volũtarie iniustum pati. ¶ Manifestum au De iniustum facere ⁊ iniustum pati. ꝑma cõclusio
tem qm̃ ⁊ ambo quidem praua et iniustũ pa
ti et iniustũ facere. hoc q̃dẽ ẽi minus. hoc au
tem plus habere est mediĳ. ⁊ queãdmodum
sanuꝫ quidem in medicinali ⁊ bñ habitũ: est
in exercitatiua. ¶ Sed tñ deterius iniustuꝫ Secunda.
facere. iniustum facere quidẽ enĩ cũ malicia
et vituperabile. et malicia vel ꝑfecta ⁊ sim-
pliciter vel ꝓxime. nõ enĩ omne voluntariũ
cum iniusticia. iniustũ aũt pati sine malicia ⁊
iniusticia. Scðm ipm quidẽ igit' iniustũ pa-
ti minus prauũ. ¶ Scðm accñs autem nihil Tertia.
prohibet maius malũ. sed nichil cura est ar-
ti. sed pleuresim dicit maioꝛem egritudinem
offensione pedis: q̃uis vtiqꝫ fiat aliq̃n alteꝝ
scðm accñs: si offendentẽ propter cadere ac
cidat ab aduersariĳs capi et mori. ¶ Secun De iusto metaphorico.
dum methaphorã aũt ⁊ similitudinẽ est non
ipi ad seipm iustum: sed eoꝝ q̃ ipius aliqui-
bus. nõ omne aũt iustũ: sed dñatiuũ et dispẽ
satiuuꝫ. in his enĩ rationibus distat rationẽ
habẽs pars aĩe ad irrationalẽ. in q̃ vtiqꝫ re-
spiciunt. et videtur esse iniusticia ad seipsuꝫ
qm̃ in his est pati aliquid preter eos q̃ suiip
sius appetitus. queãdmodum igitur impe-
ranti ⁊ imperato esse adinuicem iustum ali-
quod: et his. ¶ De iusticia quidem igitur et Epilogatio
aliĳs moralibus virtutibus determinatũ sit
secundum hunc modum.

Istud est scdm capitulū huius tractatus in quo. p. soluit vnā dubitationē motā ī vltimo ca. precedētis tractatus scz. Utrū aliqs possit sibiipsi iniustū facere? Et diuidit ca. ī quattuor partes. In priā facit qd dictū est. In scda cōparat iniustū facere et iniustū pati adinuicē. In tertia determinat de iusto et iniusto metaphorico. In quarto vero recapitulat. Prio igit pponit qstionē dicēs. Utrū aūt cōtingat aliquē sibiipsi iniustū facere: manifestū est ex his q dicta sunt supple in precedēti tractatu. Pro āpliori tñ

Questio.

Prima cōclō elucidata.

eius solutione: ponit phūs tres cōclusiones. ¶ Pria ē. qui ppter irā seipm occidit: volēs iniustū patitur. Probat. p. duabus rōnibus. Prima est. interficere seipz est a lege phibitū. ergo est iniustum. Pro pbatione añtis premittit. p. q iustoꝝ qdā sunt a lege ordinata fm oēm virtutē. vt nō interficere seipm. et per oppositū qdā sunt phibita fm oēm virtutē saltē large accipiēdo phibitionem prout omne nocumentū qd nō est preceptū dr phibitio. tūc pbat sic añs. interficere seipm nō est ordinatum a lege que ordinat fm omnē virtutē. ergo est phibitum. pñam probat. qr lex que nō iubet phibet. qd intelligitur de dānis et nocumētis. qr nemini licet sine auctoritate legis nocumētū inferre. ¶ Adhuc aūt. Scda ratio. qui cōtra legē nocet: iniustū facit si sit sciens et volēs hoc et quē et vt et sic de alijs circūstantijs. sed q seipsum propter iraz occidit: agit cōtra legē volens et sciēs etc. igitur iniustū facit. ¶ Sed cui.

Secunda.

Scda cōclusio. q seipm volens occidit: iniustū. i. iniuriā facit ciuitati et nō sibiipsi. Scdam partē primo pbat. p. qr nullus patitur iniustū volēs. sed talis patitur volēs. ergo nō facit sibiipsi iniustū. Primā partē probat. qr ciuitas occidēti seipm penā instituit. s. inhonorationē et ignominiā tanq ciuitati iniuriā faciēti. ergo talis iniustificat ciuitatem.

Tertia

¶ Adhuc fm. Tertia cōclusio. nullus facit sibiipsi iniustum oppositū iusto particulari. Pro cuius pbatiōe premittit. p. q iniustū particulare est aliud ab iusto illegali. nec iniustus particularis est totaliter. i. fm oēm maliciā prauus: sed est equaliter. i. fm vnā particularē maliciā malus. puta fm iniusticiā particularē. quēadmodū timidus dr malus fm maliciā particularem q repugnat fortitudini et nō fm oēm maliciā. Tunc probat. p. cōclusionē quinqꝫ rōnibus. Prima est. si sic sequeret q quis simul pderet aliquid et haberet illud. qr q iniustū fm particularē iniusticiā facit: habet plus debito boni vel minus debito mali. et q patitur iniustū: opposito mō. sed pñs est impossibile. qr iustū et iniustū de necessitate sunt in pluribus siue inter plures psonas: igit. ¶ Adhuc aūt. Scda ratio. facere iniustū est voluntariū et cum electione et plus q iniustū pati. ergo īpossibile est aliquē facere sibiipsi iniustū. pñam pbat. p. qr tūc simul idē faceret et pateret. ¶ Adhuc erit. Tertia ratio. si sic seqretur q aliquis pateret iniustū volēs. pñs est falsuz vt supra ostēsum est: igit. ¶ Cū in his. Quarta ratio. fm nullaz particularē iniustificationē quis facit iniustū sibiipsi. ergo nullus sibiipsi facit iniustū oppositū iusto particulari. Añs probat phūs inductiue. qr nullus mechatur cū sua vxore: aut suffodit murū suū: aut furat qd suū est: et sic de alijs: igitur. ¶ Totaliter aūt. Quinta ratio. iniustum pati est pter voluntatē eius q patitur. vt pz p diffinitionē superius positā de hoc qd est iniustū pati. ergo nullus facit sibiipsi iniustū. ¶ Manifestū aūt. Hec est secunda pars capituli in qua. p. cōparat iniustū facere et iniustū pati adinuicē. et ponit tres pclusiones. ¶ Pria est. tam iniustū facere q iniustū pati sunt praua. Probat phūs. qr iniustū pati est minus hre medio vel equali. et

De iniustum facere et iniustum pati prima cōclusio

iniustū facere est plus habere. q vtrūqꝫ ē prauū. añs pbat. p. per simile. qr mediū in iusticia se hz sicut sanū in medicina: et bōa habitudo in exercitatiua siue gymnastica. et intelligitur conclusio de malicia culpe vel pene. ¶ Sed tamen. Scda conclusio. iniustū facere est deterius q iniustū pati. Probat. p. qr iniustū facere est vituperabile et cū malicia perfecta et simpliciter vel proxime se habēs ad perfectā maliciā. sed iniustum pati est sine malicia et iniusticia: igit. Maiorē quo ad vltimā partē probat. scz q aliquod iniustū facere nō est perfecta malicia: sed proxime se habens. qr nō omne voluntariū est cum iniusticia. vt pater de voluntario ex passione et non ex electione: igit.

Secunda.

¶ Scdm accidēs. Tertia cōclusio. nichil phibet iniustū pati scdm accñs esse maius malum q iniustū facere. sed de his que fiunt per accidēs nō curat ars. Probat. p. qr q̄uis medicus dicat pleuresim esse maiorē egritudinē offensiōe pedis: tñ offensio pedis pt per accidēs esse maius malū puta si qs ppter offensionē pedis cadens capiat ab aduersarijs et moriat. q a simili iniustū facere pōt esse maius malū q iniustū pati

Tertia.

¶ Scdm metaphorā. Hec est tertia pars capituli in q phūs determiat de iusto metaphorico et iniusto. et ponit talē cōclusionē. Licet eiusdē ad seipm nō sit iustū vel iniustū: eoꝝ tamē que ipius sunt: puta partiū eiusdē inter se: bene est iustū et iniustū fm metaphorā et similitudinē et non quodlibet iustū vel iniustū: sed dñatiuū et defensatiuū siue economicū. Probat phūs. qr pars aīe hñs rationē differt ab irrationali his rōnibus scz dominij et dispensationis. qr vna dñatur scz habēs rōnem. et altera subiecta est scz irrationalis. et ad has respiciūt q dicunt (vt platonici) q eiusdē ad seipm pōt esse iniustū. qr in his partibus cōtingit pati preter pprios appetitus. ergo sicut inter imperās et imperatū pōt esse aliquod iustum: ita et inter dominās et id cui dñat siue inter partē rōnalē et irrationalē. et p pñs etc. ¶ De iusticia quidem

De iusto metaphorico cōclo.

Hec est quarta pars capituli in qua phus epilogat, dicens q de iusticia et alijs virtutibus moralibus determinatum est fm modum predictum.

Epilogatio

Queritur vtrū epiekia sit virtus distincta a insticia? ¶ Et arguitur primo cōtra primā partē qr fm eustraciū primo huius. nulli volenti et vt opz operāti est īpossibilis possessio virtutis. sed epiekia nō potest cuilibet cōuenire: sed soli illi cuius est leges interpretari. igit epiekia nō est virtus. ¶ Scdo. nulla virtus est melior insticia legali. sed epiekia ē melior insticia legali. igit nō est virtus. Maior pz. qr insticia legalis est pclarissima virtutū: vt dicit. p. Minor pbat qr epiekes (vt dicit. p. in lra) est melius insto legali. ergo et epiekia legali insticia. ¶ Tertio arguit cōtra scdam partē. Insticia legalis inclinat ad actus epiekie. ergo epiekia et insticia legalis nō sunt distincte virtutes. añs ptz. qr habitus insticie legalis mediante actu suo īmediato (q est velle seruare equalitatē et nullū sine culpa vel causa dāno afficere) inclinat ad primū actuz epiekie: igit. ¶ In oppositū videt esse aristoteles q hic de epiekia tanq de virtute distincta a insticia determinat.

Questio mouens de epiekia.

¶ Sciendum primo: q (vt supra dictū est) iustuz legale est id qd significatur per legem complete et adequate. lex autē est ipm dictamē seu vocale seu mentale siue scriptum. huiusmodi autem dictamen aliquādo precipit. aliquādo prohibet. precipit aūt ea que in pluribus sunt bona. prohibet vero ea que in pluribus mala sunt. contingit autem ea que iubētur ab ipo legislatore propter certas circūstantias non esse bona. et ea que prohibentur non esse mala. et tunc tales

Iustū legale

Lex.

circumstantie si satis cōiter accidant aut note sint legislatori: ponūtur in lege tanq̃ exceptiones q̃dam ⁊ restrictiones sermonis vl'is. aliquādo vero tales circūstātie non sunt note legislatori: ⁊ raro accidunt. ⁊ tunc nō ponuntur in lege. ⁊ cū accidūt: tunc iudex qui ex his q̃ particulariter accidunt pōt cognoscere ꝙ in hoc casu lex instantiā patit: dꝫ legē scd̄m exceptionē talis casus exponere. habitus ergo quo quis dirigitur facere iusticiā in particularibꝰ casibꝰ in quibꝰ leges posite patiūtur instantiam ⁊ deficiūt ⁊ supplere exceptiones q̃ legi deficiebant: vocat epiekia. verbigratia. sit lex. nullus peregrinus sub pena capitis murū conscēdat. hostes nocte inuadūt ciuitatē: qui ad excubias deputati sunt dormiūt peregrini muꝝ conscēdunt: excubias concitāt: murū defendunt: ⁊ nichilominꝰ tanq̃ rei capitis accusant. emēdabit epiekes hoc mō legē. nullus pegrinꝰ sub pena capitis muꝝ ꝯscēdat: nisi euidētissime constet hūc ꝓ salu-
Buridanus. te ciuitatis ꝯscēdisse. Videt aūt Buridanꝰ sic distinguere inter scripturā legis ⁊ sensuꝫ legis. Fit aūt epiekia cū relicta scriptura legis sensum sequimur. sed iste modꝰ di-
Contra. cēdi nō videt rōnabilis. nā epiekes nō videt tm̄ emēdare scripturā legis: sed ⁊ sensum legis. nā legislator condens legē nō solū nouit scripturā legis quā cōdebat: sꝫ et sensuꝫ quē per legē intelligebat. sed idē legislator nō nouit hanc exceptionē ⁊ emēdationē legis cū dicat hic aristoteles: ⁊ legispositor sic vtiq̄ diceret illic p̄sens: ⁊ si sciret: lege posuisset. Dicit ergo ꝙ legi scripte ⁊ vocali
Lex mentalis correspōdet lex mētalis. lex aūt mētalis nō est semp ille ꝯceptus cōplexus qui corrūdet scripture legis sm̄ rigorē sermonis. sed est ille ꝯceptus qui correspōdet scripture legis sm̄ intētionē legislatoris: qui sꝫ est similis in specie illi conceptui quē habebat legislator dum legē condebat ⁊ cui vocē illam vel scripturaꝫ subordinabat in significando. et iste conceptus cōplexus est verus vt in pluribꝰ. Epiekes autē hꝫ aliū cōceptum qui continet priorē conceptū emēdatum ⁊ correctum per certas exceptiones respicientes casus raro ⁊ vt in paucioribꝰ emergentes.

Sciendum secundo: ꝙ sicut iusto legali correspōdet dictamē vocale/mētale/vl' scriptū qđ dr̄ lex: ita iusto qđ epiekes dr̄ corrūdet dictamen qđ est sentētia iudicis. ⁊ est emēdatiuū legis ⁊ exceptiuū huiꝰ casus a lege cōi. Habet autē epiekia dupli-
De actibus epickie. cem actū. s. interiorē ⁊ exteriorē. Interiorē velle in casibus in quibꝰ lex deficit cōtra legē iudicare. Et isti actꝰ sunt duplices. Quidā sunt formaliter imperatiui executiōis. ⁊ tales nō reperiūtur nisi in his in quibꝰ est potestas iudiciaria. Alij sunt qui nō sunt imperatiui executionis: nec forte sunt absoluti sed ꝯditionati. puta si emergeret casus ⁊ si sibi adesset potestas iudicādi. ⁊ tales pn̄t reperiri i oībus. ⁊ per hoc soluit prima ratio ad oppositū q̄stionis. Silr̄ actus exteriores sunt duplices. Quidam sunt iudicare sentētialiter ⁊ diffinire. ⁊ tales pertinēt solū ad iudicē. Alij sunt iudicare doctrinaliter et enūciatiue. ⁊ tales ptinēt ad prudētiā dictatiuā epiekie. Ex his sequitur: ꝙ ꝓprie loquēdo epiekia nō ē interp̄tatio legis: neq̄ habitꝰ directiuus voluntatis in interp̄tatione legis. pꝫ q2 īterp̄tatio legis fit quādo ꝓpter aliquam obscuritatē aut multiplicitatē verboꝝ sententia legis dubia determinat in alterū sensum. sed hoc nō facit epiekes: vt dictū est: sed a sensu legis certo ⁊ indubio casum particularē excipit legem emēdando. Istis notatis sit.

Iusticia legalis ⁊ epiekia differūt specie **Conclusio** pria. Iusticia legalis ⁊ epiekia sunt virtutes specie distincte. Probat. quia actus epiekie aliq̄d habet ꝓ obiecto qđ non habet actus iusticie legalis. puta casum pticularē ⁊ defectum seu omissionē legis quoꝝ nullum habet iusticia legalis pro obiecto. Itē iusticia legalis non inclinat immediate ad iudicandum contra legē seu ad emēdandum legē et corrigendum sicut epiekia: igitur. Ex quo sequitur contra buridanū: ꝙ iusticia legalis ⁊ epiekia non solū dr̄ūt accidētaliter tanq̃ diuersi modi eiusdē virtutis: sed (vt probatum est) dr̄ūt specie.

Conclusio scd̄a. Iusticia legalis mediāte actu suo elicito inclinat ad primū actuꝫ epiekie. Probat. q2 sit aliq̄s iudex hn̄s habitū iusticie legalis cui offerat casus de pegrino priꝰ positus. tūc arsic. habitꝰ iusticie legalis inclinat istū iudicē ad equalitatē seruādā partibꝰ. sꝫ iste iudex cognoscit ꝙ si afficiat iustū pegrinū pena legis nō obseruabit equalitatē imo afferret dānū ei q̄ nullū lucrū recepit nec sm̄ ꝗtatē nec sꝫ estimationē. ergo ꝑ habitū sue iusticie legalis mediāte actu suo immediato qui est velle seruare equalitatē ⁊ nulluꝫ sine culpa vel causa dāno afficere: inclinabit ad eum absoluēduꝫ. sed nō pōt eū absoluere nisi excipiēdo hunc casum a lege ⁊ emēdando eā ⁊ iudicādo cōtra eā: qui sunt actus epiekie. igit habitus iusticie legalis inclinat ad primū actum epiekie. nec hoc dꝫ videri alicui mirū: cum etiā id in virtutibus genere distinctis cōtingat. Nam fortitudo inclinat ad primū actū tēperātie. ⁊ silr̄ liberalitas ⁊ magnanimitas ad id qđ in vnaquaq̄ virtute est magnū: vt supra visum est.

Dubitatur prio Utrū epiekia sit directio iuris naturalis aut solum iuris legalis? In qaas l ges cadit e kia.
Et arguit ꝙ iuris naturalis. q2 epiekia videt esse directio oīs iuris qđ īdiget directiōe. sed ius naturale aliquādo indiget directione: igit. Minor ꝓbat. q2 de iure naturali oēs hoīes essent similis libertatis ⁊ regnū in q̄ vnus pńcipat meliꝰ ē tymocratia: vbi oēs equalit voluit pńcipari: igr̄. Scd̄o arguit. restitutio rei deposite est de iure naturali. ⁊ tn̄ furioso nō est reddēdus eiꝰ gladius depositꝰ: igit. In oppositū videt eē aristo. q̄ nō ponit epiekiā esse directionē iuris naturalis sed legis. Pro solutiōe dubij aduertēdū est: ꝙ ad pn̄s dubiuꝫ respōdet Gerardus odonis: ꝙ eoꝝ q̄ sunt de iure nature q̄dā sūt ꝓhibita vt simplr̄ mala. vt furtū/adulteriū/⁊ hmōi. q̄dā sunt precepta vt debita. puta q̄cunq̄ vultis vt faciāt vobis hoīes hec eadē illis facite. Alia sunt consulta: vt honesta. puta ꝙ vna sit vxor vnius. aliqua cōcessa. puta ꝙ in statu innocētie oīa sunt cōmunia. aliq̄ permissa. vt in isto tp̄e propter maliciā hoīm pmissa est bonoꝝ appropriatio. Scd̄m hec ponit duas conclusio- Responsio odonis
nes. Prima est. ius naturale in prohibitis ⁊ preceptis nullā emēdationē vel correctionē suscipit. De prohibitis probat. q2 qđ est illicitū q2 simpliciter malū nulla iuris positiui auctoritas pōt facere licituꝫ. sed q̄ iure naturali sunt ꝓhibita sūt illicita: q2 simplicit mala: igr̄. De p̄ceptis probat. q2 qđ est oī arte certius nō est ꝑ aliquid posterius corrigibile ⁊ dirigibile. sed p̄cepta iuris nature sunt omni arte certiora. vt habet scd̄o huiꝰ: igitur. Scd̄a cōclusio. in rebus cōsultis ⁊ sua sīa honestati ⁊ cōcessis vtilitati ⁊ permissis expediētie: ius naturale correctionē ⁊ mutationē suscipit. Probat. nā liberalitas i lege nature fuit cōsulta ⁊ adhuc eā ꝯsulit apostolꝰ dicēs. Nolite fieri serui hoīm. ⁊ tn̄ ad maliciā hoīꝫ cohercendā est expediēs ꝙ seruitus sit. Similiter trāsire per agrū alienū fuit permissum nō preceptū. nūc aūt rationabiliter interdictū. Itē cōis omniū possessio fuit concessa nō precepta. nunc autēꝫ multū expedit diuisio

ꝓpter insolentiā hoīm. Sed hec opinio nō vr̄ oīno vera
nec diuisio quā pōit de his q̄ sunt de lege nature ad sen
sum quē p̄tēdit est bona. nō eīn verū est ꝙ oīa honesta
sunt de lege nature. tunc enim oīa q̄ sunt de iure positio
essent de lege nature. preterea quicq̄d est concessum est
p̄missum. sed oīa esse cōia (vt dicit) est cōcessum s̄m legē
nature. ḡ s̄m eandē est p̄missum. ꝛ p ꝯn̄s oppositū. s. ap
Alia r̄nsio. Que sint di= cēda de lege nature
propriatio nō est s̄m eandē legē p̄missa. Ideo aliter dr̄:
ꝙ solū illa sunt de iure nature q̄ sunt dictamīa euidēter
et manifeste x̄a: de q̄bus scʒ nullus hn̄s vsum rōnis p̄t
rōnabiliter dubitare ꝛ ad quoꝝ assensum videt̄ sufficere
noticia terminoꝝ ꝛ q̄ ex his sine multa inq̄sitiōe euidē
ti ꝯn̄a deducit̄. ꝛ talia nō sunt dirigibilia nec emēdabi=
lia cū sint semper vera ꝛ in nullo casu patiātur instātiā.
Et hoc ē qd̄ habet̄ in decreto di. p̄ia ꝛ octaua: ꝙ ius na
ture est īmutabile ꝛ indispēsabile. de p̄ceptis ꝛ ꝓhibitꝭ
hoc ꝯcedit p̄dicta opinio. sʒ de ꝯcessis ꝛ p̄missis ꝓbat̄.
nā lege nature vī vi repellere ꝯcedit̄. nec hoc alit̄ insti=
tui licet. Etiā iure nature lʒ vnicuiqʒ reꝝ suaꝝ administra
tionē plenā hn̄ti rem suā si id possit sine detrimēto alte
rius dare nec ob hoc iure īpediri pōt. ¶ Et ad primā rō
nem p̄dicte opinionis ꝓ scd̄a ꝯclusiōe dr̄: ꝙ libertas nō
est de iure nature nisi negatiue. i. nulla ē iure nature in
stituta seruitus. sed hoc dictamē hoīes debēt esse equa
liter liberi: non est de iure nature. cū dicit aristoteles: ꝙ
aliq̄ sunt hoīes nāliter serui: ꝛ aliq̄ nāliter dn̄i. non q̄dē
naturaliter. s. iure nature sʒ nāliter. i. ex naturalibꝰ prī=
cipijs ꝛ qualitatibus dispōnibꝰ aliq̄ sunt inclinati ad ser
uiēdū: alij ad dominādū. ¶ Ad scd̄am negat̄: ꝙ trāsire
p agrū alienū sit de iure nature: nec tanꝙ p̄missum: nec
tanꝙ consultū. licet forte ex iure nature id liceret alieni
violētiā fugienti: nec hoc est interdictū. ¶ Ad tertiā dr̄:
ꝙ cōitas reꝝ nō est de iure nature nisi negatiue. ꝛ ad hūc
sensum nō est de iure nature reꝝ appropriatio. Et sic pꝫ
ꝙ epiekia nō est directio iuris nālis sed legalis. ¶ Ad
primā rōnem dubij pꝫ q̄d sit dicēdū. ¶ Ad scd̄am dr̄: ꝙ
hoc dictamē cuilibet petēti ꝛ q̄ncūqʒ petierit est deposi=
tū restituēdū: nō est de lege nature. cū nō solū nō sit eui=
dēs sed fl̄m. sed forte istud cuilibet petēti depositū resti
tuendū est q̄ncūqʒ cōmode pōt ei restitui. Furioso aūt nō
pōt cōmode restitui gladius depositus.

An cōtingat sibi iniustum facere.
¶ Dubitatur scd̄o. Utrū ꝯtigat sibiip̄si iniustū facere? ¶ Et ar̄ p̄io ꝙ sic. q: aliq̄s pōt
sibiip̄si aliq̄d ꝯ ꝓhibitionē legis facere: igr̄. ꝯn̄a tʒ q: il=
le iniustificat q̄ facit ꝯ ꝓhibitionē legis. ꝛ an̄s pꝫ de inter=
ficiēte seip̄m. ¶ Scd̄o ar̄ sic. ille sibi iniustificat q̄ volens
sibi infert nocumētū. q̄nīl iustificare vr̄ idē eē qd̄ volētē
nocumētū inferre. sʒ desperās q̄ seip̄m interficit volēs in
fert sibi nocumētū: igit̄. ¶ In oppositū est. p. in vltimo
Responsio
capl'o huius libri. ¶ Ad dubiū r̄ndet̄: ꝙ lʒ q̄s agēdo in
seip̄m possit iustū vel iniustū facere: nullꝰ tn̄ pōt sibiip̄si
iustū vel iniustū facere. Primā partē ꝓbāt rōnes ante
oppositū dubij. Scd̄a pars patuit in p̄ncipio huiꝰ libri.
vbi dictū est: ꝙ iusticia ꝛ iniusticia sunt ad alteꝝ. hoc etiā
satis pꝫ rōnibꝰ p̄bi in expōne textꝰ. ¶ Ad primā rōnē
dubij cōcedit̄ an̄s ꝛ negat̄ ꝯn̄a. Et ad ꝓbationē negat̄
assumptū vl'r intellectū. sed opʒ ꝙ volēs id faciat nolē=
ti ꝛ sine cā rōnabili. ¶ Ad scd̄am dr̄: ꝙ ille q̄ interficit se=
ip̄m dān̄ificat cōitatē. etiā si esset morte dignus ꝛ inu=
tilis cōitati. Nam sibi iurisditionē principis vsurpat et
leges cōmunitatis violat. ꝛ sic iniustū facit non sibiip̄si
sed cōmunitati vel principi.

An iniustū facere sit peius q̄ iniustū pati
¶ Dubitatur tertio. Utrū iniustū facere sit peiꝰ q̄ iniustū pati? ¶ Et ar̄ ꝙ nō. ꝛ pri
mo ꝯtra suppositū. q: iniustū pati nō est malū. ḡ iniustū
facere non est peius q̄ iniustū pati. ꝯn̄a tenet: q: id in q̄
fit cōparatio dʒ inesse vtriqʒ cōparabiliū. an̄s ꝓbat̄. tū
q: iniustū pati cōuenit optimis viris. tū q: iniustū et ad
uersitates patiēdo maxime refulget bonū x̄tutis. vt in
primo huius visuʒ est. ¶ Scd̄o ar̄. Illud est peius quod
magis grauat. sed iniustū pati magis grauat patientē
q̄ iniustū facere facientē: igit̄. ¶ In oppositū est. p. ī lit
tera dicēs. manifestū aūt q̄n̄ ꝛ ābo quidē praua ꝛ iniu=
stū facere ꝛ iniustuʒ pati. sed tn̄ deterius iniustū facere.
¶ Pro solutiōe dubij aduertēdū: ꝙ hic cōparat̄ iniustū
pati ad patientē: ꝛ iniustū facere ad facientē. ita ꝙ sen=
sus dubij sit talis. Utrū iniustū facere sit peius facienti
q̄ iniustū pati patiēti? Et tūc respōdet̄ ad dubiū p aliq̄s
ꝓpōnes. ¶ Prima est. Iniustū facere ꝛ iniustum pati Responsio.
sunt mala. Probat̄. q: (vt patuit scd̄o huiꝰ) bonū diui=
dit̄ in bonū honestū: in bonū vtile: ꝛ in bonū delectabile
et huic triplici bono: triplex malū opponit̄. Illud igit̄ ē
malū qd̄ opponit̄ honesto. sed iniustū facere opponitur
honesto: cū sit vituperabile. sil'r illud est malū qd̄ oppo=
nit̄ vtili ꝛ delectabili. sed īiustū pati opponit̄ vtili: vt de
se notū est. ꝛ etiā delectabili. q: oē iniustū pati est inuo=
lūtariū: vt supra ostēsuʒ est. ꝛ oē inuolūtariū triste: sicut
oē volūtariū delectabile: igit̄. Et si dicat̄. oē delectabile
est bonū. sed iniustū facere est delectabile faciēti: q: vo=
lūtariū. ergo est sibi bonū. Dicit̄ ꝙ obiectū ꝓpriū dele=
ctatiōis nō est bonū simpl'r: sed apparēs bonū. qd̄ non
opʒ sp̄ esse simpl'r bonū. ¶ Scd̄a ꝓpō. Iniustū facere ē
peius q̄ iniustū pati. Probat̄ q: formaliter iniustū fa=
cere hoc est iniuste facere: reddit hoīem malū simpl'r et
viciosum: q: iniustū. Iniuste aūt pati nō cū nullū inuolū
tariū sit peccatū: igit̄. ¶ Tertia ꝓpō. Iniustū pati non
est patiēti malū culpe. cū nō sit ei vitupabile: nec cū ma
licia: igit̄. ¶ Quarta ꝓpō. Iniustū pati est patiēti ma=
lum pene. Patet. q: est ablatio damni vel priuatio lucri
¶ Quinta ꝓpō. In ptāte patiētis est: ꝙ iniustū pati sit
sibi magis vtile q̄ nociuū. Patet. q: iniustū cōstāter to
lerādo q̄s meret̄ p̄miū eternū cui nullū dānū tp̄ale ꝯpa
rari pōt. ¶ Sexta ꝓpō. Iniustū facere est faciēti malū
culpe. Patet q: est malicia ꝛ iniusticia. Ex his sequit̄
primo: ꝙ iniustū facere magis grauat facientē q̄ iniu=
stū pati patiētē. q: grauamē qd̄ infert iniustū facere fa=
ciēti est malicia. ḡuamē x̄o qd̄ infert iniustū pati patiē=
ti nō est malicia sed pena. puta pudor vel dānū vl' aliud
nocumētum. Scd̄o sequit̄ ꝙ iniustū facere nō ē simpl'r
lucrari: sed dān̄ificari. q: iniustū faciēs recipit plus de
damno q̄ de lucro. q: culpā vel maliciā. ¶ Ad ratiōes
dubij patet quid sit dicendum.

¶ Ad rationes ante oppositū questionis. ¶ Ad
p̄mā pꝫ solutio ex scd̄o notabili.
¶ Ad scd̄am dr̄: ꝙ licet epiekes sit meliꝰ iusto legali: cu
ius est epiekes vel emēdatio: non tn̄ epiekia ē melior q̄
iusticia. q: epiekes ꝯtinet iustū legale ꝛ nō ecōtra ꝛ om
ne dictamē p̄udētiale ꝛ oē iudiciū rectū qd̄ potest diri=
gi per legē positiuā potest etiā dirigi p epiekes. sed non
est ita de habitibꝰ. Nam iusticia legalis ꝛ epiekia incli
nāt īmediate ad diuersos actus ꝛ ad nulluʒ vnū ꝛ eun=
dem īmediate. nā epiekia inclinat ad equalitatē seruā=
dā vbi deficit lex. Iusticia x̄o legalis ad equalitatē ser=
uandā q̄ per legē significat̄. Et cū dicit p̄hs iusticiā le=
galem esse preclarissimā virtutum: cōprehēdit sub ea
epiekiā. non q: sit eadē specie: sed q: est sibi adiūcta. eo
ꝙ iusticia legalis sine ea non potest esse vniuersalit̄ per
fecta. Epiekes idest habens talē habitum se habet ad
habentē iusticiā legalē: sicut epiekes ad iustū politicuʒ
q: vt in pluribus nō reperit̄ epiekia sine iusticia legali.

¶ Ad tertiam patet solutio ex secunda conclusione.

¶ Quinti libri ethicoꝝ finis.

¶ Incipit liber sextus.

De prudentia cōclusio cū ꝓbationibus

Uia aūt extitimꝰ priꝰ dicētes qm̄ opꝫ mediū eligere neq̄ supabūdantiā neq̄ defectū. mediū āt est. vt rō recta dicit hoc diuidamꝰ. ¶ In omibꝰ aūt dictis habitibꝰ quēadmodū ⁊ in alijs: ē quodā signū ad qd̄ respiciēs rōnē hn̄s intēdit et remittit. ⁊ q̄s est terminꝰ medietatuꝫ: quas intermediū dicimus esse / et supabundātie ⁊ defectꝰ: exsites scd̄m rectā rōnē. ¶ Est autē dicere quidē sic verū: nichil autē manifestū. eteni in alijs studijs circa q̄cunq̄ est sciētia hoc veruꝫ quidē dicere. qm̄ neq̄ plura neq̄ miora opꝫ laborare neq̄ negligere sed medium ⁊ vt recta rō. hoc aūt solum hn̄s vtiq̄ aliquis nichil vtiq̄ sciet āplius. puta qualia opꝫ afferre ad corpꝰ: si quis dicat q̄cunq̄ medicinalis iubet / ⁊ vt q̄ hāc habet. ¶ Propt̄ qd̄ opꝫ et circa aīe habitus nō solum vere esse hoc dictum: sed ⁊ determīatum ⁊ q̄ est recta rō ⁊ huiꝰ quis terminus. ¶ Aīe aūt virtutes diuisimus: has quidē esse moris diximus. has aūt intellectꝰ. De moralibꝰ quidē igit̄ pertrāsiuimꝰ. de reliquis auteꝫ ⁊ de aīa

Prima diuisio anime.

primū dicētes dicimus sic. ¶ Prius quidē igit̄ dictū est duas esse partes aīe. ⁊ rōnem hn̄s et irrōnale. nūc aūt de rōnem hn̄te ſm eundē moduꝫ diuidendū.

Subdiuisio.

¶ Et supponātur duo rōnem hn̄tis. vnum quidē quo speculamur talia entiū quorū principia nō cōtingit aliter se habere. vnum autē quo cōtingētia. Ad ea enim q̄ sunt gn̄e altera: et aīe particularum alterū genere ad vtrūq̄ aptū natū si quidē scd̄m similitudinē quādā ⁊ ꝓprietatē. cognitio existit ipsius.

Nomina mēbroꝝ diuisiōis

¶ Dicat̄ autē horum hoc quidē sciētificū. hoc aūt ratiocinatiuꝫ. consiliari enim et rōcinari idem. nullus autē cōsiliatur de non cōtingentibus aliter habere. quare rōcinatiuum est vna q̄dā pars aīe rationē habētis.

Concludit inuētio dicēdoꝝ.

¶ Sumendū ergo vtriusq̄ horum quis optimus habitus. hic eni virtꝰ vtriusq̄. virtuo autem ad opus propriū.

De prudentia

Iste est sextꝰ liber ethicoꝝ aristotelis: in q̄ ipe postq̄ in p̄cedentibꝰ libris determinauit de virtutibꝰ moralibꝰ: ꝯn̄r determīat de v̄tutibꝰ ītellectualibꝰ. et p̄ncipaliter de prudētia ⁊ de q̄busdam virtutibꝰ ei āñexis. Et diuidit̄ in quattuor tractatꝰ. In p̄mo determīt de partibꝰ aīe q̄ sunt p̄ncipia actuū h̄uanoꝝ. In scd̄o determinat de habitibꝰ ītellectualibꝰ veridicis ibi. Incipiētes igit̄. In tertio determīat de quibusdā v̄tutibꝰ āñexis prudētie ibi. Opꝫ aūt In quarto soluit quasdā dubitatōes ibi. Dubitabit aūt. Primꝰ tractatꝰ ꝯtinet duo ca. Primū caplm̄ diuidit̄ in duas ptes. In prīa ꝓponit. In secūda exeq̄tur. Prīo ḡ ponit intētū suū sub tali ꝯclōne. De rōne recta eā diuidēdo hic determinādū est. ¶ Probat

Conclu[sio]

phs tribꝰ rōnibꝰ. Prīa ē. priꝰ dictū est scꝫ in scd̄o libro q̄ opꝫ mediū v̄tutis eligere ⁊ nō superabūdantiā neq̄ defectū. ⁊ q̄ opꝫ mediū se h̄re vt recta rō dictat. ḡ hic de recta rōne determinādū est. ¶ In oībꝰ. Scd̄a rō. in oībus h̄itibꝰ moralibꝰ (sicut ⁊ in alijs h̄itibꝰ) ē quoddā signū ad qd̄ respiciēs rōnē hn̄s ītēdit ⁊ remittit. i. auget ⁊ diminuit opationē ꝯsiderādo terīm medietatis q̄ ē īter supabūdantiā ⁊ defectū ſm rectā rōnē. igr̄ de recta rōne est h̄ determīādū. ¶ Est aūt. Tertia rō. lꝫ id qd̄ dictū est in p̄cedētibꝰ de recta rōne sit veꝝ. s. q̄ ſm eā sumēdū sit mediū ⁊ latitudo medij v̄tutis: illō tm̄ nō est sufficiēter manifestū. ḡ est vlteriꝰ mānifestādū determīnādo de recta rōne ⁊ de partibꝰ eiꝰ. Añs ꝓbat. qr̄ ī alijs sciētijs practicis sicut ⁊ in moralibꝰ ꝯtingit vere dici: q̄ neq̄ plꝰ neq̄ miniꝰ facere aut negligere opꝫ: sed medio mō ⁊ vt recta rō ostēdit. ⁊ tm̄ sciēs hoc soluꝫ nō scit ꝑfecte in ipis opari. ḡ nec in moralibꝰ sciēs solū de recta rōne q̄ determinat mediū v̄tutis: sciet ꝑfecte v̄tuose opari. ⁊ p ꝯn̄s de recta rōne vltra id qd̄ dictū est: h̄ determīnādū ē. Minorē assumptā declarat. p. exēplarit̄. vt si q̄s interroget q̄ua opꝫ afferri ad corpꝰ sanandū: ⁊ aliq̄s dicat q̄ ea q̄ medicina iubet ⁊ vt medicꝰ p̄cipit afferēda sunt: nō ꝑ ꝑ hoc interrogās sciet curare egrotū: igr̄. ¶ Propt̄ qd̄. Hic ꝯcludit. p. q̄ ꝓpter p̄dictas rōnes circa habitꝰ aīe nō solū sufficit veꝝ dicere de recta rōne: sed opꝫ determīare q̄ ē recta rō ⁊ q̄s terminꝰ eius. i. diffinitio vel signū in opando ſm eā. ¶ Aīe aūt. Hec est scd̄a pars huius capituli: in qua phūs ꝓseq̄tur intentū suum. Et diuidit̄ in duas particulas. In prīa ꝯtinuat. p. dicēda dictis. In scd̄a vero pōit q̄sdā diuisiōes ipius aīe. Dicit ḡ prīo sic. cū nos prius diuiserimꝰ v̄tutes in morales ⁊ intellectuales. s. in p̄ncipio scd̄i libri: ⁊ de moralibꝰ in p̄cedentibꝰ libris determinatū sit: de reliq̄s. i. de ītellectualibꝰ hic determinādū est. priꝰ tm̄ de ipa aīa q̄busdā declaratis. ¶ Priꝰ

Prima di[uisio] anime

quidē. Hec est scd̄a particula huius scd̄e partis in qua. p. ponit quasdā diuisiones ipius anīe. Prius tm̄ resumit vnā diuisionē aīe positā in fine primi libri dicēs cū priꝰ dictū sit duas esse ptes aīe. scꝫ rōnē hn̄s ⁊ irrōnale: nūc de rationē h̄nte ſm eundē modū. i. grosse ⁊ figuraliter ⁊ ſm q̄ p̄ns materia reqrit dicendū est. ¶ Et supponant̄

Subdiuis[io]

Hic. p. diuidit vnū mēbrū p̄dicte diuisiōnis scꝫ rōnē habēs dicēs: q̄ duo sunt rōneꝫ habētia gn̄e distincta. vnū quo speculamur entia: quoꝝ p̄ncipia nō cōtingit aliter se habere. ⁊ alteꝝ quo speculamur ꝯtingentia. Probat phs q̄ p̄dicta duo sunt gn̄e distīcta. qr̄ ad ea q̄ sunt gn̄e distincta: ponēde sunt partes aīe gn̄e distīcte ad vtrūq̄ apte nate: igit̄. Añs ꝓbat. qr̄ cognitio inexistit ad similitudinē ⁊ ꝓprietatē ipius cogniti: igit̄. ¶ Dicatur aūt

Noīa mē[bro]rū diuisio[nis]

Hic phūs ponit noīa mēbris p̄dicte diuisionis dicens: q̄ hoc scꝫ q̄ speculamur necessaria: dr̄ sciētificū. hoc aūt scꝫ quo speculamur ꝯtingētia: dr̄ ratiocinatiuū. Cuius cām assignat. qr̄ cōsiliari ⁊ rōcinari idē sunt. sed nullus ꝯsiliat̄ de ipossibilibꝰ aliter se h̄re sicut de necessarijs. ḡ illa pars aīe q̄ est circa cōtingētia aliter se h̄re est ratiocinatiua. ¶ Sumendū igit̄. Hic cōcludit. p. q̄ determinandū est q̄s est optimus habitꝰ vtriusq̄ partis aīe scꝫ scientifice ⁊ rōcinatiue. qr̄ vtriusq̄ optimus habitus est vtriusq̄ virtus. virtus vero optima potentie est optima dispositio eius ad opus proprium.

Conclud[it] inuentio d[icen]dorum

rima cōclō
Ria autem sunt in aīa dn̄atiua et actus. ⁊ veritatis sensus. et intellectus. et appetit⁹. Ho rū autem sensus neq̧ vni⁹ principiū actus manifestum autez eo q̧ bestie sensum quidē hn̄t actum autem nō cōicant. ¶ Est autem q̧ in
ecunda.
mente affirmatio / et negatio hoc in appetitu / et ꝓsecutio / et fuga. Quare q̄ moralis virtus habitus electiuus. electio autē appe
imū corre rium
titus cōsiliatiuus. ¶ Oportet quidem propter hoc rōnem verā eē. et appetitū rectum si quidem electio studiosa. et eadem hanc q̄
ecundum.
dem dicere. hanc autem ꝓsequi. ¶ Hec quidem igitur mēs / et veritas practica. ¶ Spe
ertia ɔclō.
culatiue aūt mentis et nō practice neq̧ factiue: bene et male: verū ē et falsuz. hoc enī oīs intellectiui opus. practici aūt et intellectiui veritas confesse habens appetitui recto.
imū corre rium
¶ Actus quidem igitur principium electio vnde motus. sed non cuius gratia. electiōis autem appetitus et rō que gratia alicuius.
ecundum.
¶ Propter qđ neq̧ sine intellectu et mente et neq̧ sine morali est habitu electio. bona actio enim et contrarium in actione sine mēte et more nō est. ¶ Mens autem ipa nichil
ertium.
uartum.
mouet. sed q̄ gratia hui⁹ et practica. ¶ Hec enī et factiue principatur: gratia enī huius facit oīs faciens et nō finis simplr̄. sed ad aliquid et alicuius factum sed non actū. bona
uintum.
enī actio finis: appetitus autē huius. ¶ Propter quod appetitiu⁹ intellectus electio vel appetitus intellectiuus. ⁊ tale principiū homo. ¶ Non est autem eligibile nichil factuz
extum.
puta nullus eligit Ilion captū fuisse. neq̧ cōsiliatr̄ de facto: sed de futuro ⁊ contingenti.
uctoritas
Factū autē non contingit nō fieri. ꝓpter qđ recte Agathon: solo enim ipso ⁊ deus priuatur: igenita facere q̄ vtiq̧ facta sūt. ¶ Utra
eptimum.
rūq̧ itaq̧ intellectiuarum particularum veritas opus. ¶ Secundū quos igitur maxīe
ctauum.
habitus verū dicit vtraq̧: ipsi virtutes ambabus.

rima cōclu ocīucidata
dentem nō posse esse ostendentis inquit. qualiter essem
prudēs: q̄ michi aderā. i. affui p longū tp̄s innegociose

id est sine negocio ⁊ labore. et queз supple numeratū in
multis. i. inter multos: necesse erat (supple) equali mili
tia cū eis participare. quasi dixisset nullo mō. Tertio ꝓ
bat. nā hoīes qui querūt cōmodū propriū: dicūt ⁊ existi
mant alios qui querūt cōmodū reipublice superfluos ⁊
operātes aliq̄d plusq̄ oportet. ergo prudētio ꝓprie ac=
cepta q̄ est circa seipm̄: est distincta a politica prudētia.
Ex hac igiť. Quīta cōclusio. Quis negociosi circa ꝓ
pria cōmoda existimenť prudētes: nō tn̄ sunt vere pru=
dentes sine economica ⁊ politica. ꝓbat. p. trib⁹ rōnib⁹.
Prima est. q: sine his est ignotum homini ⁊ difficile
cognitu qualiter opз disponere q̄ sua sunt: igiť. Si=
gnum aūt. Scđa rō. prudentia ex eo q̄ est circa singula
ria: exigit experientiā singulariuз: igiť. Aīs ꝓbat a si=
gno: q: videm⁹ q̄ iuuenes possunt esse geometre ⁊ ma=
thematici: sed nō possunt esse prudentes. nā multitudo
tp̄is facit experientiā: igitur. Quia et hoc. Hic remo
uet phūs vnū dubiū. Posset em̄ aliq̄s dubitare: quare
puer siue iuuenis pōt esse mathematicus ⁊ nō sapiens
vel phisic⁹. i. naturalis? Respōdet. p. q̄ hoc ideo est: q:
pn̄cipia mathematice sunt abstracta a sensibilib⁹. qua
re iuuenes sine experiētia ea cognoscere pn̄t. sed princi
pia methaphisice ⁊ phie naturalis p experiētiā (quā nō
habēt iuuenes) cognoscunť. Adhuc peccatū. Tertia
rō. in ꝯsulendo ꝯtingit peccatū tam circa vniuersale: q̄
circa singulare. ergo nō potest q̄s esse prudēs sine eco=
nomica ⁊ politica. Aīs probat q: pōt quis errare: aut
ignorādo q̄ oēs aque ponderose sunt praue: aut q̄ hec
aqua est pōderosa: igiť. Qm̄ aūt. Hic infert. p. duo cor=
relaria. Primuз est. q̄ prudētia nō est scientia. ꝓbat q:
prudētia est extremi. i. singularis. cū oē opabile sit sin=
gulare. non aūt scientia: igitur. Attingibiles. Scđm
correlariū. prudentia non est intellectus. Probat quia
intellectus est terminoꝝ. i. pn̄cipioꝝ quoꝝ nō est racio
demōstratiua. prudentia vero est extremi. i. singularis
cuius nō est sciētia: sed sensus. non quidem qui est pro=
prioꝝ sensibiliū/puta sensus exterior: sed interior: qua=
lis est quo sentimus in mathematicis trigonū. i. trian=
guium extremū esse. ⁊ in eo stan dū fore. ⁊ iste sensus in
terior magis est prudētia. i. eo magis indiget prudētia
ad recte iudicandū de singularibus intentionib⁹ agibi
liū. ille vero. s. sensus exterior est alia species cognitio=
nis. Querere aūt. Hic phūs incidētaliter comparat
querere et consiliari adinuicē dicens. q̄ se habent sicut
magis cōmune ⁊ minus cōmune. q: omne consiliari est
querere: sed non econtra.

Queritur p̄mo. Utrū oē scibile sit eternū/ne=
cessariū/ingenitū/⁊ incorruptibile? Et ar=
guitur q̄ nō. q: solus deus est eternus. et tn̄
non solus est scibilis. ergo non oē scibile est eternum.
Scđo arguitur. de rebus ḡnabilibus ⁊ corruptibilib⁹
est scientia naturalis: igiť. Tertio arguiť. nulle ꝓpo
sitiones sūt eterne. et tn̄ multe ꝓpositiones sūt scibiles
ergo nō oē scibile ē eternū. Maior ꝓbať. q: quelibet
ꝓpositio creata potest esse/et nō esse. In oppositū est
phs in primo capitulo hui⁹ secundi tractatus.

Sciendum q̄ extēso noīe scibilis tam ad id qđ
scitur q̄ ad id de quo aliud sciť/vel
quod de alio sciť et ad hoꝝ noťa: triplex solet assignari
scibile. scз scibile ꝓpinquū vt ꝯclusio demonstrata vel
demōstrabilis. scibile remotū vt termini talis ꝯclonis.
et scibile remotissimū vt res significata vel res significa
te p scibile ꝓpinquū ⁊ remotū. Et sicut iste termin⁹ sci=
bile accipiť (vt dctm̄ est) q̄nq; p̄me intētionaliť: puta q̄n
supponit ꝓ scibili remotissimo: ⁊ aliq̄n scđe intētionali
ter. f. put accipiť ꝓ scibili ꝓpinquo vel remoto: ita isti
termini eternū/necessariū/īgenitū/ ⁊ icorruptibile/pōt
accipi: vel prime intētionaliter vt stant pro signatis: vel
scđe intētionaliter et vt attribuūtur signis. Si aūt ter=
mini q̄stionis accipiātur prime intētionaliter siue ꝓ re
bus q̄ nō sunt signa/aut saltē nō ea rōne qua sunt signa
dicunt quidā (puta ponentes vniuersalia extra aīam et
non esse signa) q̄ omne scibile est eternuз/necessariū/in
genituз/et incorrupcibile. ⁊ ista opinio pōt diuidi in tot
opiniones: quot sunt modi imaginādi talia vniuersalia
Aliū ponētes significatū totale ꝓpōnis (qđ vocāt cōple
xe significabile) distingui a significatis suoꝝ terminorū
⁊ esse obiectū sciētie: dicūt ipз scibile eē verū/necessariū
et incorruptibile. Sed iste opiones vidētur ponere plu
ralitatē entiū absq; necessitate/⁊ inniti false imagina=
tioni: vt alibi habet ostēdi/⁊ ꝓ nūc supponiť: ideo dr̄ q̄
accipiēdo p̄dictos terminos prime intētionaliter: nul=
lum scibile aliud a deo est eternū/necessariū/ingenituз/
aut incorruptibile. cuз omne tale inceperit esse: ⁊ posset
desinere esse. Si vero li scibile accipiať ꝓ scibili ꝓpin=
quo: et alii termini p̄me intētionaliter: nullū scibile erit
eternū. vt ꝓbat tertia rō aū oppositū questiōis. Sed si
oēs termini q̄stionis accipiātur scđe intētionaliter ⁊ vt
attribuūtur ꝓpositionib⁹: sic omne scibile. i. oīs ꝓposi=
tio scibilis est eterna/necessaria/⁊ incorruptibilis. ⁊ hoc
vel in sensu ypothetico et ex suppositiōe. vel vt alii dicūt
et melius etiā in sensu cathegorico ⁊ hoc absoluēdo co
pulam propōnis a cognoratiōe certi tp̄is vel accipiēdo
terminos ſm suppositionē naturalem vel faciendo eas
modales diuisas de possibili.

Conclusio Omne scibile est eternū/necessariū
ingenitū/et incorruptibile. accipiē=
do terminos secūde intētionaliter. Probatur q: in hoc
differt sciētio a prudētia ⁊ ab arte: q̄ ꝓpositio scibilis ē
necessaria ⁊ impossibilis aliter se habere. ars vo ⁊ pru=
dentio sunt de cōclusionib⁹ cōtingentibus ⁊ possibilib⁹
aliter se habere: igitur.

Dubitatur primo. Utrū actio ⁊ factio ꝯtra se=
inuicē distinguāť? Et aī q̄ nō. q: si
sic: tunc actio et factio facerēt distincta predicamēta. et
agēs ⁊ faciēs distincta gn̄a causaꝝ. sed ꝯn̄o est falsuз q:
tūc essent plura p̄dicamēta q̄ decē. ⁊ plura genera cau=
saꝝ q̄ q̄ttuor: igiť. Scđo aī. agibile ⁊ factibile nō disti
guunť abinuicē. ꝑ ꝯn̄s nec actio ⁊ factio. Aīs patet. q: dicit
aristo. sexto methaphisice q̄ idē est agibile ⁊ eligibile. ⁊
tn̄ factibilia sunt eligibilia. vt dom⁹ ⁊ lectus. cū sint bo=
na ordinata in finē: igiť. Et cōfirmať. q: oēs opatio=
nes virtutū sunt actiōes: cū spectēt ad prudētiā. ⁊ tamē
sunt factiōes. q: dr̄ q̄rto hui⁹: ꝟtutia est bn̄ facere: igiť.
In oppositū ē. p. i scđo ca. hui⁹ scđi tractat⁹. Pro
solutiōe dubii est aduertēdū q̄ actio ⁊ factio q̄nq; sumū
tur cōiter. f. vt se extēdūt ad oēm motuз ⁊ mutationē. et
sic sunt termini sinonimi. ⁊ isto mō nō accipiūtur ī ꝓpo
sito. Alio mō accipiunť ꝓp̄e ꝓut actio ptinet ad prudē
tiaз. ⁊ factio ad artē. ⁊ sic distinguunť abinuicē. Sed de
mō quo distinguunť est diuersitas. Dicūt em̄ aliqui q̄ fa
ctio est q̄ trāsit in materiā exteriorē vt domificatio fabri
catio ⁊ hmōi. actio aūt est q̄ manet in agēte vt volitio/in
tellectio. Sed ꝯ hoc arguiť. q: oēs opaciōes ꝟtutū mo
raliū sunt actiōes. q̄ꝝ tn̄ multe trāseūt ī materiā exterio
rē. Alii dicūt q̄ aristoteles nono methaphisice ⁊ in ꝓhe
mio huius libri ethicoꝝ ⁊ sił in pn̄cipio magnoꝝ mora
lium distinxit duplices opationes. Naз quedā est oper
ratio que relinquit opus operatum aliud ab ipsa ope=
ratione. vt edificatio domus. ⁊ huiusmodi operationes

[Margin notes, left:] ...oncetur ...um. / ...nū corre ...ū ...undum. / ...sio. / ...plex sci=

[Margin notes, right:] An distiguanť actio et factio. / Opiniones de agibili ⁊ factibili.

dicunt factiões: circa quas est ars. Alia est operatio post quã nõ manet aliquod opus operatũ preter ipsam operationem. vt volitio & intellectio. et hmõi operatiões vocat aristo. ppo noĩe operatiões. i. actiões circa q̃s est prudẽtia. Sed hec opinio videt̃ cũ priori opinione coĩcidere. Cõtra quã etiã sic instat̃. aristoteles primo magnoꝝ moraliũ ponit citharizare inter operatiões quaꝝ nõ est aliud opꝰ pter operationem. & tñ citharizare nõ videt̃ esse actio sꝫ magis factio cũ ptineat ad artẽ: & nõ ad prudẽtiã. igit̃ differẽtia coꝝ est insufficiẽs. Jõ aliter dr̃. ꝙ omni habitui intellectuali cõis est operatio intellectꝰ. sed differenter. quĩ oĩs operatio intellectꝰ ordinata finaliter ad dirigẽdũ operationẽ exteriorẽ vt ipsa vel res operata sit in se bona & pfecta dicit̃ factio siue operatio factiua: & ptinet ad artẽ. Oĩs aũt operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigẽduꝫ electionẽ vt electio sit in se bõa seu honesta dr̃ actio siue operatio actiua et spectat ad prudẽtiã. Sed oĩs operatio intellectus q̃ nec ad dirigẽdũ electionẽ nec ad dirigẽdũ operationẽ exteriorẽ finaliter ordinat̃: sed vel ad nullã operationẽ hoĩs ordinat̃: vel solũ ordinat̃ ad vlteriorẽ intellectꝰ operationẽ: dr̃ speculatio siue operatio speculatiua. & spectat ad habitus speculatiuos. Ex quo seq̃tur ꝙ nõ oĩs electio debet dici actio vel pertinere ad prudẽtiã simplr̃. vt pꝫ de electiõe lignoꝝ & lapidũ ad hoc ꝙ domus sit in se firma et stabilis. sed sola electio q̃ est de ordinatis in finẽ vltimũ simplr̃: spectat ad prudẽtiã simplr̃. alie vero ad prudentiã sm̃ quid sm̃ quã quis dr̃ prudens domificator vel prudẽs tector. Sequit̃ scđo ꝙ nõ est incõueniẽs idẽ pertinere ad artẽ et prudentiã sm̃ aliã/ & aliã rõnẽ. & p ꝯñs idem esse agibile/ & factibile/ vel actionẽ/ & factionẽ. domus eñ est factibilis: ꝓut intẽdit̃ vt res extra operabilis. & sic domificatio est factio. sed domꝰ est agibilis: sm̃ ꝙ ordinabilis in finẽ vltimũ/ puta in felicitatẽ. & domificatio est sic actio. Sequitur tertio ꝙ nõ solũ operatio q̃ derelinquit opus operatũ aliud ab ipsa operatiõe: dr̃ factio prout factio spectat ad artẽ & nõ ad prudentiã. q2 citharizare/ equitare/ & cãtare/ sunt factiões. et pertinent ad artẽ sicut domificare vel fabricare. ¶ Quarto sequit̃ ꝙ speculatio nõ est actio proprie ꝓut actio spectat ad prudentiã nec ipsa spectat ad prudẽtiã tanq̃ actus eius licꝫ possit cõcedi ꝙ spectet ad prudentiã tanq̃ obiectũ eligibile p ipsam vel sicut finis volibilis gratia cuius prudẽtia precipit eligere q̃ ad speculationẽ ordinãtur. ¶ Ad primã rõnem dubij dicit̃ ꝙ nõ est incõueniẽs ꝙ sint plura predicamẽta q̃ decem vel plura gñа causaꝝ q̃ quattuor: aliter distinguẽdo predicamẽta q̃ distinxerit aristo. vt patuit in logica. ¶ Ad scđam et eius cõfirmationem patet solutio ex dictis.

An ars sit virtus.

¶ Dubitatur Utrũ ars sit virtꝰ: ¶ Arguit̃ ꝙ nõ q2 nulle ṽtutes ꝓhibent̃. sed aliq̃ artes ꝓhibẽtur. igit̃ non oĩs ars est ṽtus. ¶ Scđo arĝ sic: virtutis nõ est ṽtus. sed artis est ṽtus vt dicit. p. in tertio ca. huiꝰ scđi tractatꝰ: igit̃. ¶ Et ꝯfirmat̃ p aristo. in dicto capitulo dicentẽ ꝙ prudẽtia est virtꝰ & nõ ars: igit̃. ¶ In oppositũ est aristo. in primo & scđo capl'is huius tractatꝰ ponẽs artẽ vnũ de habitibꝰ intellectualibus quos in principio huiꝰ libri appellat ṽtutes intellectuales. ¶ Pro solutiõe dubij supponit̃ pmo. ꝙ duplices sunt ṽtutes. s. intellectuales vt sciẽtia/ ars/ prudentia/ intellectus/ & sapiẽtia. & ṽtutes morales vt fortitudo/ tẽperãtia/ & hmõi. pme pficiũt intellectũ speculatiuũ vel practicũ/ actiuũ/ vel factiuũ. alie vero sunt in appetitu vt supra dictũ est. Scđo supponit̃ ꝙ quedã sunt ṽtutes hoĩs sm̃ ꝙ hõ/ q̃ dr̃ virtutes simplr̃: q̃ scꝫ pficiunt hoĩem scđm totũ siue scđm partẽ principalissimã a qua totũ natũ est simplr̃ denoĩari. vt virtutes morales & prudẽtia simplr̃. Alie sunt ṽtutes sm̃ quid q̃ nõ pficiũt hoĩeꝫ sm̃ totũ nec sm̃ partẽ pncipalissimã sicut sũt artes q̃ solũ perficiũt hoĩem sm̃ intellectũ factiuũ. Tũc dr̃ ad dubiũ primo ꝙ ars est virtꝰ intellectualis. q2 est vnꝰ de habitibꝰ veridicis quos enumerat. p. in pmo ca. huiꝰ tractatus. Dicit̃ scđo ꝙ ars nõ est ṽtus moralis. pꝫ: q2 ars nõ perficit appetitũ sed intellectũ: igit̃. Dicitur tertio ꝙ ars nõ est virtus hoĩs sm̃ ꝙ hõ siue ṽtus simplr̃. Probatur. q2 virtꝰ hoĩs sm̃ ꝙ hõ reddit hoĩem bonũ simplr̃ vt patuit scđo huiꝰ. sed ars nõ reddit hoĩem simplr̃ bonũ hoĩeꝫ. q2 multi sunt boni artifices q̃ nõ sunt boni homines: igit̃. ¶ Ad pmã rõnẽ dubij dr̃ ꝙ nulle artes prohibẽtur ea rõne qua sunt ṽtutes. s. determinãtes intellectũ ad verũ iudiciũ. sed ea rõne qua possumꝰ eis male vti et sic nõ ꝓhibẽtur ꝓpter se sed ꝓpter nr̃am maliciã. ¶ Ad scđam dr̃ ꝙ nõ est incõueniẽs ꝙ virtutis intellectualis sit virtꝰ moralis: et si nõ ea rõne qua est virtꝰ tñ ea rõne qua habet modũ potẽtie & est oppositoꝝ. ¶ Ad cõfirmationẽ dr̃ ꝙ aristo. vult dicere ꝙ nõ est virtꝰ hoĩs scđm ꝙ homo siue virtus simpliciter.

Ad dubium.

An prudẽtia sit virtus intellectualis

¶ Dubitatur tertio. Utrũ prudẽtia sit virtꝰ intellectualis? ¶ Et arĝ primo ꝙ nõ. q2 habitus intellectuales vident̃ posse amitti p obliuionẽ. sꝫ prudẽtie nõ est obliuio vt dicit. p. in tertio ca. huiꝰ scđi tractatꝰ: igit̃. ¶ Scđo arĝ. si sic: maxĩe esset habitꝰ veridicꝰ sed hoc nõ: igit̃. Minor ꝓbat̃. q2 hitu prudẽtiali ꝯtingit falsũ dicere pp scꝫ inuincibilẽ ignorãtiã alicuiꝰ circumstãtie: igit̃. ¶ In oppositũ est aristo. in tertio ca. huiꝰ tractatꝰ. ¶ Ad dubiũ dr̃ primo ꝙ prudẽtia est virtꝰ. Probatur q2 est hitus determinãs aliquã potẽtiã ad eiꝰ opus optimũ. igit̃ est virtꝰ talis potẽtie. Dr̃ scđo ꝙ prudẽtia est virtꝰ itellectualis. Probat̃. q2 prudẽtia determinat intellectũ actiuũ ad opus eius optimũ. s. ad recte rõcinandũ & cõsiliãdũ de agibilibꝰ. & cũ virtus sit dispositio pfecti ad optimũ: seq̃tur ꝙ prudẽtia est virtꝰ intellectꝰ. Dicit̃ tertio ꝙ prudẽtia nõ est virtꝰ moralis ꝓprie accipiẽdo virtutẽ moralẽ ꝓut distinguit̃ ꝯtra virtutẽ intellectualẽ. Probat̃. q2 prudẽtia ẽ in intellectu & nõ in appetitu. igit̃ est virtꝰ itellectualis & nõ moralis. põt tñ dici moralis vel q2 ṽtutibꝰ moralibꝰ necessario cõnexa ẽ vt postea patebit. vel directiue: q2 oẽs ṽtutes morales in suis operationibꝰ dirigit. Ex quo pꝫ ꝙ nõ oĩs virtꝰ cardinalis est moralis vt pꝫ de prudẽtia. Dicit̃ quarto ꝙ prudẽtia est virtus hoĩs sm̃ ꝙ hõ. Probat̃ q2 prudẽtia vel sm̃ se vel rõne adiũcti reddit hoĩem simplr̃ bonum. Dirigit eñ oẽs eiꝰ operationes in finẽ vltimũ simpliciter igit̃ est virtus hoĩs sm̃ ꝙ hõ. qđ intelligẽdũ est de prudẽtia simplr̃ sm̃ quã quis dr̃ prudẽs hõ. De qua loquitur aristo. in tertio ca. huiꝰ scđi tractatꝰ dicẽs. videt̃ ãt prudẽtis esse posse bñ cõsiliari circa ipĩ bona & cõferentia nõ sm̃ partẽ sed ad bñ viuere totũ. & nõ est hoc intelligẽdũ de prudẽtia sm̃ quid sm̃ quã nõ dr̃ q̃s prudẽs hõ. sed prudẽs miles vel prudẽs nauta. ¶ Ad rõnes dubij. Ad primã dr̃ ꝙ prudẽtie dr̃ nõ esse obliuio. non q2 nõ sit habitꝰ intellectualis: sꝫ q2 necesse est prudẽtẽ ꝯtinue sꝫ eã operari. Ex quo enim cõnexa est ṽtutibꝰ moralibꝰ est actiua circa obiecta oĩm ṽtutũ moraliũ. ¶ Ad scđaꝫ cõcedit̃ maior & negat̃ minor. Et ad ꝓbationẽ dicit eustratius ꝙ ars et prudẽtia sunt habitus veridici q̃tũ est ex se. sed ꝙ aliqñ falsum dicãt ꝓuenit ex instabilitate obiectoꝝ. Aliter dicũt alij ꝙ virtus potẽtie attẽdit̃ sm̃ optimũ opus in qđ potẽtia põt nõ simplr̃: sed sm̃ exigẽtiaꝫ obiecti et circũstantiaꝝ. & sic in faciẽdo de possibilibus qđ maliũ est singulis circũstantijs attẽtis. virtus igit̃

Responsio.

Ad dubium resolutio

Diuisio ṽtutũ

intellectus actiui nō attenditur in iudicando quid melius simpliciter: sed quid melius vel peius scdm qd est possibile fm materiā subiectā cognoscere. ideo si inuenta per prudentiā aliquādo decidant a vero: vel propter inuincibilē aliquoꝝ consistentiuz in facto ignorātiā vel aliter: hoc non obstat quin prudētia sit virtus. Sed iste solutiones cōcedūt q̄ prudētia est habitus falsidic⁹: iō aliter dicitur q̄ dictamen erroneū inuincibiliter non est prudentia nec prudentiale. sed est error prudētie oppositus: licet inuincibilis. nā hoc nomen prudentia cognotat veritatem iudicij. Et licet ille idem habitus qui fuit prius verus: nunc sit falsus: tamē fm prudentiā nunq̄ dicimus falsum. ¶ Ad rationes questionis patent solutiones ex dictis.

...n prudētia ...ferat ab ...te.

Q Ueritur scdo. Utrū prudentia sit ab omi arte distincta? ¶ Et arḡ q̄ non. qr ars ⁊ prudētia sunt circa idē obiectū/et ꝓpter eundē finē. igit̄ non distinguūtur. ꝯña tenet. qr v̄tutes videntur distingui ex obiecto ⁊ fine. Añs ꝓbatur. qr circa idē operat̄ in bello fortis per prudētiā/⁊ miles p artem/⁊ ꝓpter eundē finē. qr ꝓpter victoriā. ¶ Scdo arḡ. artis militaris est bene cōsiliari de his q̄ spectāt ad bellum ⁊ ad victoriā obtinendā. ⁊ nauigatoris de his q̄ ad nauigiū. ⁊ sic de aliis. ergo tales artes sunt partes prudentie. ¶ Tertio arguit̄. docti artifices dicuntur prudētes in sua arte. ergo tales artes sunt prudētie. ¶ In oppositum est aristoteles in secundo et tertio capitulis huius secundi tractatus.

...fferētie ar... et pruden...

¶ **Sciendum** q̄ artis ⁊ prudētie multe pñt assignari differētie. Prima est. qr obiectū prudētie est agibile fm q̄ agibile. obiectū vero artis est factibile fm q̄ factibile. Et licz eadē res sit agibilis ⁊ factibilis: hoc tñ est fm diuersas rōnes. vt dom⁹ ē factibilis: scdm factionē q̄ est motus trāsiens in materiā exteriorē quo dom⁹ extra ꝓducit̄. ipa vero est agibilis: fm actionē q̄ ē interior electio ad faciendū domū ꝓpter honestū finē/et per media honesta. Scda differētia est q̄ ars est directiua factionis: vt res facta sit in se bona et perfecta. prudētia aūt est directiua actiōis. scilz electionis interioris vt sit mediū honestū ad honestū finem. Tertia differētia est ex parte finis. nā finis prudētie est honestū. finis aūt artis est vtile. Quarta differentia quā ponit aristoteles est q̄ artis est v̄tus. prudētie vero nō est virtus. i. ars indiget prudētia dirigēte ipm artificiū in finē debitū ⁊ honestū. prudētia vero nō indiget alia eaz sic dirigēte. Quinta differētia q̄ prudentia necessario cōnexa est virtutib⁹ moralibus: ars aūt non. Sexta differentia est quā etiam ponit aristoteles q̄ peccās volūtarie in arte est eligibilior: circa prudentiā vero minus. Septima est q̄ semp operandū est fm prudētie dictamen. nō aūt semp sicut ars docet. Octaua differentia est q̄ nulla est ars vna oīm factibiliū. sed est vna prudētia oīm agibiliū: sed de hoc inferius. Nona differentia q̄ ars perficit intellectū factiuū. prudētia vero intellectum actiuū. Isto notato sit.

¶ **Conclusio** respōsiua. Prudentia est ab oī arte distīcta. sic q̄ nec prudētia est pars artis. nec aliq̄ ars est pars prudētie. ptz satis ex dictis.

intellect⁹ virtus.

¶ **Dubitatur** primo. Utrū intellectus sit v̄tus? ¶ Et arguit̄ q̄ nō. qr intellectus ē vna potētia aīe. ergo non est virt⁹. ꝯña tenet. qr virt⁹ (vt dictū est scdo huius) nec est potētia nec passio. ¶ Scdo arguit̄. nulla virtus inest nobis a natura. sed intellect⁹ (quo aīa verū dicit circa principia) innatus est nobis a natura; igit̄: ¶ In oppositū est aristoteles in p̄mo ⁊ q̄rto capitulis huius scdi tractatus. ¶ Pro solutione dubij est aduertendū q̄ hic nō accipit̄ intellectus pro potentia anime/siue pro ipa aīa intellectiua. sed pro habitu perficiente ipam aīam ⁊ inclināte ad firmiter ꝓpter ⁊ faciliter assentiēdū p̄cipijs indemōstrabilib⁹. Et nō est hic sermo de p̄ncipijs essendi: sz de principijs cognoscendi nō incōplexis sed ꝯplexis. nō cōplexiōe indistāte (cuiusmōi est diffinitio: q̄ nō dicit esse vel nō esse) sed de cōplexis cōplexiōe distāte ⁊ ꝓpositiōali. Et tale principiū pōt accipi dupl̄r. Uno modo large pro omni ꝓpositione q̄ assumitur ad manifestandū ⁊ demōstrandū aliā propositionē. siue talis premissa sit demonstrabilis siue indemonstrabilis. ⁊ multoꝝ taliū p̄ncipioꝝ nō est intellectus: sed magis sciētia/ars vel prudētia. Alio mō accipitur strictius solū ꝓ premissa indemōstrabili. ⁊ sic iterū duob⁹ modis. vno mō large: ꝓ omni principio indemōstrabili siue fuerit per se notū siue notū per sensuz vł experiētiā/siue etiā fuerit vniuersale/siue particulare/siue necessariū/siue cōtingēs: ⁊ sic principiū se extendit ad principia artis prudētie/⁊ sciētie. Alio mō p̄t accipi stricte solū pro ꝓpositione vniuersali indemōstrabili et necessaria: et si hoc nomē intellectus sumatur ꝓprie et stricte. vt videtur accipi a p̄ho in quinto capitulo huius scdi tractat⁹ cū dicit. quare vtiq̄ erit sapiētia intellect⁹ et sciētia: solū erit p̄cipioꝝ. attamē qr noīa sunt ad placitū: possumus eo largius vti ⁊ ipm extendere ad notitiā principioꝝ indemōstrabiliū artis et prudētie vt eoꝝ sit aliquis habitus veridicus: sicut ⁊ principioꝝ dicitur sus sciētifici. ⁊ sic intellect⁹ nō solū erit vniuersaliū ⁊ necessarioꝝ: sed etiā singulariū ⁊ cōtingentiū. ¶ Istis notatis r̄ndet̄ ad dubiū q̄ intellect⁹ ē virt⁹ intellectualis. qr virtus est habitus qui habentē perficit ⁊ op⁹ ei⁹ bonū reddit. sed habitus q̄ dicitur intellectus determinat intellectū ad opus perfectissimū in qd ipe pōt in ordine ad principia indemōstrabilia. qr determinat ipm ad firmā adhesionē ipoꝝ: cū esset indifferēs ad firmā ⁊ infirmā. igitur talis habitus est virtus intellectualis. ¶ Ad primā rōnem dubij patet quid sit dicendū. ¶ Ad secūdam dicitur q̄ licet a natura simus determinati ad dicendū verū circa aliqua principia. puta circa illa quorū termini vel eoꝝ diffinitiones quid sit nōis manifeste se includūt vel excludūt: nō tamē sumus determinati ad firmiter et sine formidine dicendū veruz circa talia sine habitu sicut cum habitu.

Ad dubium

¶ **Dubitatur** scdo. Utrū sapiētia sit intellectus ⁊ sciā? ¶ Et arḡ q̄ nō. qr sapiētia ⁊ sciētia ⁊ intellect⁹ sunt distincti habit⁹. ergo sapiētia non est sciā ⁊ intellect⁹. ¶ Et cōfirmat̄. qr si sic: nō eēnt q̄nq̄ habit⁹ intellectuales sed solū quattuor qd est ꝯtra. p. in p̄mo ca. hui⁹ scdi tractat⁹: igit̄. ¶ Scdo arḡ sic. sciā ⁊ intellect⁹ sunt distincti habit⁹ vt p̄us ostēsum est. ḡ ex ipsis nō fit vn⁹ tertius habit⁹. ¶ Et ꝯfirmat̄. qr si sic sequeretur q̄ sapiā supfflueret: ⁊ q̄ esset ponēda pl'alitas sine necessitate. sz ꝯñs ē falsuz: igit̄. Prīa ꝯña pz. qr ad quēcūq̄ actū inclinaret sapiā: ad eūdē inclinarēt intellect⁹ et sciā. ¶ In oppositū ē aristo. in q̄nto ca. hui⁹ tractat⁹.

An sapiētia sit intellectus et sciētia.

¶ Pro solutōe dubij aduertēdū. q̄ de q̄dditate sapientie diuerse sunt opiōnes. Prīa ē. q̄ sapiā nō est vn⁹ habit⁹ simplex: sz includit duos habit⁹ p̄ciales. scz intellectū ⁊ sciētiā. a q̄bꝰ quolibet differt sicut totū a suis ptib⁹ et dr̄ vn⁹ aggregatiōe. quēadmodū tota methaphisica dr̄ vn⁹ habit⁹. ¶ Scda opinio dicit q̄ sapiā ē vn⁹ hītus nūero q̄ ē intellect⁹ ⁊ sciā nō formalit̄ sz equalēter. ⁊ generat̄ ex actib⁹ frequētatis: q̄ꝝ q̄libet est tā circa p̄missas q̄ circa ꝯclōnē. q̄ (fm hāc opinionē) eodē actu intel-

Opiniones.

ligi pñt. ¶ Tertia opinio est q̄ p̄ itellectū assentim⁹ p̄ncipijs demōstratiōis ꝓpter q̄d. per scientiā vero conclusioni. ꝛ per sapientiā assentim⁹ q̄ ꝯclusio est vera ꝓpter veritatē principioꝝ. ita q̄ sapiētia nō est circa principia absolute: nec circa cōclusionē absolute: sed circa coniunctionem ipoꝝ. Et cū arḡ cōtra istā opinionē: q̄ tūc omīs sciētia demōstratiua quantūcunq̄ esset de reb⁹ vilibus et infimis: esset sapiētia: sicut ꝛ ipa methaphisica. qḋ est cōtra aristotelē dicentē sapiētiā esse honorabilissimoꝝ. Rn̄det ista opinio q̄ sicut in hoīe ponit̄ duplex prudentia. s. prudētia simpl'r ꝛ prudētia sm̄ q̄d. vt supra dictū est: ita dici pōt q̄ in hoīe est q̄dā sapiētia sm̄ q̄d sm̄ quā hō dr̄ sapiēs mathematicus / aut sapiēs medicus. ꝛ quedam sapientia simpl'r: sm̄ quā dicimus hoīem sapientē hoīem. et illa cōuenit homini sm̄ partē ꝛ potentiā excellentissimā et respectu obiecti excellētissimi. Et sic scd̄m hanc opinionē sapiētia nō est formaliter intellectus et scientia: sed materialiter ꝛ suppositiue. ¶ Quarta opinio est q̄ methaphisica ꝓp̄rie est sapiētia. q2 ipa inq̄tū versatur circa substātias separatas se habet vt scientia respectu eaꝝ inq̄tum nō pōt nisi per sensibilia venire in noticiā eaꝝ. sed se habet per modū intellectus: inq̄tū vltra sensibiliū exigentiā virtute ꝓp̄rij luminis sapit naturas eaꝝ. ¶ Quinta opinio dicit q̄ p̄ sapientiā aristoteles intellexit noticias habituales acq̄sitas ex studio methaphisice q̄ sunt habitus circa prima p̄ncipia taꝫ in essendo q̄ in cognoscēdo. quaꝝ alique sunt noticie circa principia: ꝛ dr̄ intellectus. ꝛ alique circa cōclusiōes et dicitur sciētie. Et differt hec opinio a prima in hoc q̄ nō cōcedit quālibet ꝯgregationē noticiaꝝ quaꝝ vna est intellect⁹ ꝛ alia sciētia esse sapiētiā. sꝫ solū eas q̄ sunt de honorabilissimis reb⁹. ¶ Alij dicūt q̄ sola methaphisica q̄ versatur circa principia doctrine cōmunissima dicitur sapiētia. ipa aūt methaphisica dupl'r se habet ad huiusmōi principia. Uno mō p̄ modū intellect⁹: inq̄tū cōcedit ea sine ꝓbatiōe ex sola naturali inclinatiōe intellectus ad verū. Alio mō p̄ modū sciētie: inq̄tū habꝫ viā ad arguēdū ex ipis elenchice cōtra negātes ea. ꝛ sic sapiētia simul est intellectus ꝛ sciētia. Ex his ptꝫ qualiter diuersimode pōt responderi ad dubiū sm̄ diuersos modos dicendi ꝓbabiles. ¶ Ad rōnes dubij ptꝫ q̄d sit dicendū sm̄ vnāquāq̄ opinionem.

An prudentia sit tm̄ vna. ¶ **Dubitatur** tertio. Utrū prudētia sit vna tm̄ circa obiecta oīm virtutū moralium? ¶ Et arḡ q̄ sic p. p. in vltimo capitulo hui⁹ sexti q̄ volēs ꝓbare inseparabilitatē oīm v̄tutū moraliū abiuicē dicit: simul eīn prudētie vni existēti oēs inerūt: igit̄. ¶ Secūdo arguit̄. ille habitus est vnus circa oīa opabilia humana: qui statuit ꝛ intēdit vnū finē oīm operabiliū humanoꝝ. sed prudētia dirigit oēs opationes hūanas q̄s dirigit in vnū finē. puta in finē vltimū operationū hūanaꝝ. igit̄ prudētia ē vna circa obiecta oīm v̄tutū. ¶ In oppositū videt̄ esse aristoteles in sexto capitulo hui⁹ secūdi tractatus dicēs ꝛ sapiēs idē oēs vtiq̄ dicerēt prudens aūt alter. ¶ Pro solutiōe dubij aduertendū q̄ p̄ prudētiā hic intelligim⁹ habitū dictatiuū ꝛ directiuū reAd dubium spectu humanoꝝ agibiliū. Tūc dr̄ primo ad dubiū q̄ est aliqua prudētia cōis oībus virtutib⁹ moralib⁹. q2 sunt aliqua principia dictata p̄ habitū prudentialē q̄ sunt oībus virtutibus cōia. puta principia cōia moralis honestatis. vt q̄ omne honestū est faciendū. q̄ omne inhonestū est fugiendū. ꝛ tales habitus dictatiui sunt oīb⁹ virtutibus cōmunes. nō est aūt intelligendū tales habit⁹ sic esse cōmunes: q̄ inclinēt immediate ad eliciēdū aliqua dictamina prudentialia q̄ possunt esse premisse in sillogismis practicis ad concludendū dictamina ꝓp̄ria sm̄ vnāquāq̄ virtutē. Dicit̄ scd̄o q̄ oēs habit⁹ prudentiales sunt vnū specie vel genere. q2 oēs habēt ꝓ obiecto agibile sm̄ q̄ agibile vel aliq̄d habēs ad ipm̄ attributionē. Nam eo mō videtur oēs habitus prudētiales vnū: quo diuersi habitus partiales scientifici de eodem subiecto / aut de subiectis ad idē subiectū attributionis reducibilib⁹ dicūtur vnū. Dicit̄ tertio q̄ non oīm virtutum moraliū est vna prudētia numero. q2 si sic sequeretur q̄ quicūq̄ sciret vnaꝫ conclusionē prudentialē circa materiā vnius virtutis: sciret oēs cōclusiones prudentiales circa omnes materias omniū aliaꝝ virtutū. cōsequens est falsum: igit̄. ¶ Ad primā rationē dubij dicit̄ q̄ aristoteles ibi loq̄tur de vnitate specifica vel generica vel de vnitate finis. ¶ Ad scd̄am dr̄ similiter q̄ solū probat vnitatem finis.

¶ **Ad rationes** questionis. ¶ Ad primā rationem negatur antecedens. Et ad probationē dicitur q̄ ars et prudētia nec sunt circa idē obiectū formaliter sumptū / nec ꝓpter eundē finem proprium. nā miles per artē militarē operatur in bello propter victoriā sm̄ q̄ ipsa est factibilis exteriori factione nec curat ad quē vlteriorē finem victoria ordinetur. fortis autem nō intendit finaliter victoriam. sed paceꝫ vel salutem populi vel aliquid tale bonū honestum ꝛ per se bonū. ¶ Ad scd̄am ꝛ tertiā dicitur q̄ procedunt de prudentia sm̄ quid et non de prudentia simpliciter / que est virtus distincta ab arte.

Queritur tertio. Utrum prudētia monostica ꝛ prudētia ciuilis et prudentia economica sint idē habit⁹ aut diuersi? ¶ Et arguitur q̄ sint De prudētia monostica ciuili / et economica. idē habitus per aristotelē in septimo capitulo hui⁹ tractatus dicentē. Est aūt politica ꝛ prudētia q̄dē habitus idem: esse quidē nō idem ipis: igit̄. ¶ Scd̄o arguit̄. sicut est de virtute boni viri et ciuis studiosi: ita est de prudētia viri boni ꝛ ciuis studiosi: vt ostēditur tertio politice. ergo et prudētia eoꝝ est eadē. prudētia aūt viri boni dicitur prudētia monostica quaꝫ aristoteles dicit habere cōe nomē prudentie. prudētia vero boni ciuis dr̄ prudētia politica. ¶ Tertio arguit̄. nō solū eoꝝ que sm̄ vnuꝫ dicūtur: sed ꝛ eoꝝ que dicūtur ad vnum est vna prudentia. sed bonū propriū in bonum cōmune reducitur: sicut pars ad suū totū: ꝛ posterius ad suū prius. vt dicit̄ p̄mo politice. ergo prudētia erit eadē circa bonū cōe ꝛ ꝓp̄riū. ¶ In oppositū arguit̄. scientia monostica q̄ traditur in libro ethicoꝝ / ꝛ sciētia economica q̄ traditur ī libro economicoꝝ: ꝛ scientia politica q̄ traditur in libro politicorum sunt diuerse scientie. ergo similiter dicendū est de prudētia monostica / economica / ꝛ politica. ¶ Pro solutione dubij est aduertendū. q̄ sup̄ hac questione sunt diuersi modi dicēdi. quidā dicunt q̄ iste prudētie sunt idē Opiniones habitus sm̄ subiectū. q2 oēs sunt in intellectu practico. Dicūt vlterius q̄ sunt in illo subiecto idē sm̄ inseparābilē ꝯnexionē. sic q̄ prudētia monostica nō est p̄fecta sine economica et politica. nec ecōtra. nā bonū ꝓp̄riū nō adipiscimur perfecte sine bono cōi dom⁹ ꝛ ciuitatis. et hoc dicūt aristotelē velle per quintā cōclusionē dicti capituli. esse aūt nō est idē ipis. q2 dicte prudentie sunt in illo subiecto distincte realiter ꝛ essentialiter. esse autē et essentia sm̄ istos idē sunt. ¶ Alij dicunt q̄ iste prudentie sunt idē hītus realiter. ita q̄ nō sunt diuerse res. q2 si essent diuerse res possent abiuicē separi. sed nō p̄nt separi dicūt isti vt vult. p. p̄ dictā ꝯclōne. Sꝫ q̄cq̄d sit de ista opīone: hec rō p̄ue est efficacie. nā prudētia distinguit̄ a v̄tutib⁹ moralib⁹ licet nō possit ab eis separi. Sic autē

opinantes in expōne illius textus. Esse autem nō idem ipsis diuersificant. quidā enī eorum intelligūt ꝙ eē non est idem ipsis .i. ꝙ dicte prudētie nō sunt eedē fm formales et q̄dditatiuas rōnes. iō dicūt ꝙ dnt̄ specie. Alij autem dicūt ꝙ cū dr̄: esse aūt nō idē ipsis: dz intelligi nō de esse essentiali et q̄dditatiuo: sed de esse siue rōne accidētali et fm extrinsecam denoīationē. s. qz alterū est bonū qđ pcuramus nobis ab eo qđ pcuramus cōitati. vel quia alteri sumus ⁊ cōitas quibus illud bonum pcuratur. ¶ Alij dicūt ꝙ prudentia monostica attendit in posse bene ꝯsiliari ad bonū ppriū acquirendū et saluandum. et prudentia economica in posse bene cōsiliari ad bonū domus pcurandū ⁊ saluandū. ⁊ prudētia politica ī posse bn̄ ꝯsiliari ad bonū politice cōitatis pcurandū ⁊ saluandū. et qz inter oīa bona hoīs sole virtutes aīe sunt fm se bone: ita ꝙ hītus quo quis scit bene ꝯsiliari ad acquirēdū sibi bona corporis vel bona exteriora absq̄ eorū reductione in bona aīe nō est prudentia ſ; astutia. bona aūt virtutū q̄tum ad id in qđ transeūt exterius: consistunt in bn̄faciendo vicinis / amicis / et toti patrie. ⁊ bene ꝯsiliari ad pcurandum bona amicis et patrie (in q̄ ꝯsistit prudētia politica) est idē ꝙ bn̄ ꝯsiliari et opari ad bonū virtutis sibi acquirendū. ideo iste prudentie sunt idē habitus fm rem: diuersi tn̄ fm rōnem. ¶ Alij dicūt ꝙ dicte prudētie nō sunt idē habitus sed diuersi fm speciem. Dicūt vlterius ꝙ ille textus ph̄i. Est aūt politica et prudentia habitus idē: dz intelligi in sensu copulatiuo. ita ꝙ sit sensus. politica est idē habitus: hoc est. oēs hītus qui dn̄r politica sunt vnus habitus gn̄e. et prudētia est idē habitus. i. oēs hītus q̄ dn̄r prudētia sunt vnꝰ habitus gn̄e. esse autē nō est idē ipsis. i. nō sūt eiusdē speciei. vel sic: politica ⁊ prudētia sunt idē habitus gn̄e. diuersi aūt fm speciē. Et fm hanc opinionem ponitur.

(margin: ...ōsito ad ...um.)

¶ **Conclusio** responsiua. Prudentia monostica prudentia politica: ⁊ prudētia economica sunt distincti hītus fm speciē. Probatur auctoritate Eustracij dicentis ꝙ prudētia monostica: prudētia economica: et prudētia politica sunt dn̄tes specie. propter hoc ꝙ spē differunt: que vni ppie cōueniunt et q̄ domui et que ciuitati. ppter hoc ꝙ ipe curis indigent ⁊ experientijs diuersis fm speciem. Item actus ppriū illorū habituū differūt spē sicut et eorū obiecta. ergo ⁊ dicti hītus dn̄t spē. ꝯn̄a ptz: qz hītus distinguūtur p suos actus: et actus p sua obiecta. Aīn̄s pbat: qz dicte prudentie hn̄t diuersos fines speciales. puta bonū ppriū bonum domus: et bonū ciuitatis siue policie. Nec valet dicere ꝙ predicta bona ordinant in bonū ppriū. qz bonū melius ⁊ diuinius nō ordinat in minus bonū: ſ; magis eꝫ. dictū est autem in prohemio primi libri: ꝙ bonū ciuitatis et policie est melius et diuinius bono vnius: igitur.

(margin: prudētia ...rea et le... ...ositiua)

¶ **Dubitatur** priō Utrū prudētia politica et prudentia legispositiua sint vnꝰ habitus? ¶ Et videt ꝙ sic: qz qđ didicit discipulus hoc idem postea docere pt. ppter qđ videt eē idē habitꝰ doctoris ⁊ discipuli edocti. ſ; legispositoris est docere subditos q̄d eos oporteat agere: g̃ est idē habitus legispositoris ⁊ discipuli: cū edoctus fuerit et prudens. ¶ Scđo argt̃ vnius boni viri est vna sola prudētia: sed vnus et idem bonus vir habet prudentiam legispositiuā et prudētiā politicā. igr̄ ille prudētie sunt vna et eadē prudētia realiter. Maior pbat p hoc ꝙ oīm ad vnū dictorū ſ; ꝙ huiusmodi est vnus habitus sciētificus ⁊ vl'r rōcinatiuus ſ; oīa opabilia ab hoīe dz hō p prudētiā in vnū vltimū finē scꝫ in felicitatē dirigere: igit. ¶ In oppositum ar

Istarum prudentiarū sunt diuersi actus specie. scꝫ legē ponere ⁊ secūdū legē agere. g̃ ipe prudentie sunt distincti habitus specie. ꝯn̄a tenet: qz (vt sepe dictū est) hītꝰ distinguūtur p actus. ¶ Ad dubiū rn̄det ꝙ p̄dicte prudentie nō sunt idē hītus fm speciem: ſ; diuersi. Nā per prudētiam legispositiuā intelligimꝰ eā q̄ ptinet ad principem siue ad gubernatores reipublice ⁊ p prudētiam politicā illā q̄ ptinet ad subditos. subijci aūt ⁊ p̄ncipari dn̄t specie. vt videt velle ph̄s priō politice. Hic etiā eas distingnit ph̄s. ¶ Ad primā rōnem dubij dr̄ ꝙ non est necesse ꝙ sit idem habitus doctoris ⁊ discipuli. presertim vbi illi habitus nō sunt directiui de propinquo similiū actuū et operationū cuiusmodi est in pposito. ¶ Ad scđam negat maior. Et ad pbationem dr̄ ꝙ iste prudētie nō distinguuntur ex parte finis vltimati in quem dirigit prudentia simpliciter dicta. sed ex parte finiū specialiū vel totaliū obiectoꝝ. nec oīm ad vnū finem vltimatū ordinabilium est vnus habitus: vt dicit contraria opinio. tunc enim non solum omniū agibilium eēt vna prudentia: sed etiam omniū factibiliū eēt vna ars ⁊ vnꝰ habitus. cum omnes ordinentur in vnū finem vltimum per ipsam prudentiam.

(margin: Ad dubium.)

¶ **Dubitatur** secūdo Utrū prudētia sit circa singularia? ¶ Et videt ꝙ non: qz dr̄ primo phisicoꝝ ꝙ vl'e fm rōnem notū est. singulare autē fm sensum. sed prudentia in rōne est ⁊ nō in sensu. cū prudētia sit habitus cum vera rōne actiuus. igr̄. ¶ Secūdo ar̄. hītus prudentialis est indifferenter actiuꝰ circa oīa singularia eiusdem rōnis: igitur nō est circa singulare: ſ; circa vl'e. ¶ In oppositū est ph̄s in sexto capitulo huiꝰ tractatꝰ dicēs. neq̄ est prudētia vl'ium solum ſ; opꝫ ⁊ singularia cognoscere. ¶ Pro solutione dubij aduertendū est ꝙ in pposito est idē iudiciū de potentia et de habitu pficiente talē potentiā. siue illa potentia sit cognitiua siue appetitiua. Ulterius aduertendū ꝙ ī pposito p hoc qđ est potētiā vel hītū siue opatione eē circa singulare vel singularia nichil aliud dz intelligi q̄ ꝙ potētia vel hītus vel opatio respicit determinatū singulare ⁊ diuisim ab alijs singularibus vel etiā plura determinata singularia diuisim ab alijs singularibus q̄tūcūq̄ fuerint eiusdē rōnis. Et p hoc qđ est potentiā eē circa vl'e vel vl'ia nichil aliud intelligi dz: q̄ ꝙ talis potentia respiciat nō aliquod determinatū singulare diuisim sed indifferenter plura singularia fm ꝙ cōueniūt in aliqua vna rōne. ¶ Aduertendū pterea ꝙ potētia vl' hītꝰ pōt dupl'r cōsiderari. vno mō fm se. alio mō q̄tum ad suos actus vel opatiōes. ¶ Istis notatis dr̄ primo ad dubium: ꝙ oēs nr̄e potentie fm se ꝯsiderate: ⁊ sil'r oēs habitus fm se cōsiderati sunt circa vl'ia. Patet inductiue tā de potētijs corporalibus q̄ aīalibus. tam etiam de materialibus q̄ īmaterialibus: tam de rōnalibꝰ q̄ irrōnalibus. idē patet de habitibꝰ. ¶ Scđo dr̄ ꝙ potētia nr̄a appetitiua ⁊ eius habitus si cōsiderent q̄tum ad suos actus interiores ⁊ elicitos possunt eē tam respectu vl'is q̄ respectu singularis. ſ; q̄tum ad suos actus exteriores ⁊ īperatos solū respiciūt singulare. Prīa pars ptz: qz actus īteriores appetitꝰ sequūtur actꝰ cognoscendi ita ꝙ si actus cognoscēdi nō fuerit determinatus ad aliqđ singulare: nec actꝰ volēdi determīatꝰ erit. si v̄o actꝰ cognoscēdi fuerit ad aliqđ singulare determinatꝰ: tunc actus appetendi determiatus erit: igr̄. Scđa pars pbatur: qz q̄lꝫ actus exterior est sic circa vnū singulare ꝙ nō circa alterū: igr̄. ¶ Tertio dr̄ ꝙ prudētia q̄tum ad suos actus: puta q̄tum ad rōcinationes ⁊ iudicia de agibilibus aliq̄n est circa vl'ia aliq̄n circa singularia. prius

(margins: An prudentia sit circa singularia. — Ad dubium)

cipalius tñ circa singularia ꝙ̄ circa vl'ia. Prima pars ꝓ-batur: qr circa humana agibilia multi casus dubij vl'r ⁊ indeterminate ꝓponūt: et ꝑ prudentiā ad partē verā determināt: igit. Hoc etiam innuit auctoritas post oppositū dubij allegata. Scđam partē ꝓbat sufficiēter arist. in lr̃a. Tertia pars pȝ: qr lȝ actus prudentie (vt iam dictum est) sint circa ꝓpōnem vl'em: tñ nō sistit in ea et in eius cognitione. sed ipsam accipit ad cōcludendū ex ea aliquam singularē q̄ est īmediate directiua praxis. ideo principalius est circa singulare ꝙ̄ circa vl'e. ¶ Ad primā rōnem dubij dr̃ ꝙ rō nō solū est vl'ium: sed etiā singulariū. sensus aūt solū est singulariū. ¶ Ad scđam dr̃ ꝙ concludit de habitu prudētiali s̄m se considerato: sed non de eo cōsiderato ꝙ̄tuȝ ad suos actus siue de actib⁹ prudentie quod idem est.

An sint idem prudētia ⁊ sciē tia moralis.

¶ **Dubitatur** tertio Utrū prudētia sit idem habitus cū sciā morali? ¶ Et videtur ꝙ sic: qr oīs sciā practica est prudētia vel ars. sȝ sciā moralis est sciā practica: igr̃ est prudentia vel ars. sed non est ars: vt notū est. ḡ est prudentia. Maior ꝓbat̃: qr sciā ꝓut distingui̇t̃ cōtra alios habitus intellectuales accipitur stricte solū. s. ꝓ hītibus speculatiuis. ¶ Scđo arḡ si non hoc maxime eēt qr prudentia est circa singulare et sciā moralis circa vl'e: sed hoc non. tum qr prudentia non solū est circa singulare: sed etiā circa vl'e. vt iam dictum est. tum etiam: qr scientia practica nō solū est circa vl'e: sed etiam circa singulare: igit̃. ¶ In oppositum videtur eē phūs in hoc sexto ponens scientiā habitū intellectualē distinctū a prudētia. ¶ Pro solutione dubij ē aduertendū ꝙ hic supponitur p̄mo ꝙ duplex est sciā. s. practica et speculatiua: et quomodo differunt. Supponitur secundo ex dictis circa ꝓhemium: ꝙ moralis scientia est practica et non speculatiua. ¶ Aduertendum vlterius ꝙ s̄m aristo. scientia differt ab arte et prudentia: qr sciā est necessarioꝝ ⁊ impossibiliū aliter se habere. ars vero et prudentia sunt cōtingentium et possibilium aliter se habere. quā quidem differentiam diuersi diuersimode intelligunt. Dicunt eñ quidam ꝙ aristo. in hoc sexto solū intēdit distinguere sciam speculatiuaȝ ab alijs hītib⁹ itellectualib⁹ ⁊ nō sciam practicā. ⁊ isti cōcederēt ꝙ moralis sciā nō distingui̇t̃ ab arte ⁊ prudētia. Alij vero tenent oppositū. et horū quidā oēm sciam cōtra artē et prudētiā distinguūt ꝑ hoc ꝙ ipa est vl'ium et nō singulariū. ars autē ⁊ prudētia sunt singularium et nō vniuersaliū: ita ꝙ si aliq̄ ꝓpōnes vl'es ꝑtineāt ad artem vel prudentiam: hoc nō est ꝑ modū ꝯclōnū ꝑ eas ostensarum: sed ꝑ modū principioꝝ vel ꝑ se notoꝝ vel ꝑ habitū scientificū ꝓbatoꝝ. nā ad cōcludēdū ꝯclōnem singularē artis vel prudētie indigemus vl'i maiore sub qua minorē singularem capiamus. ⁊ sic s̄m eos vl'is ꝓpositio solū ꝑtinet ad artē vel prudētiam suppositiue. ꝓpter qđ dicūt ꝙ hītui sciētifico subalternant̃ ars ⁊ prudentia: vt ars medicine subalternat̃ scīe naturali: ⁊ prudētia scīe morali. ¶ Alij dicūt ꝙ nulla sciā cōcludit de re aliq̄ cōtingenti ꝯclōnē singularē. ita ꝙ q̄lȝ sciā ex necessarijs ꝑncipijs ꝯclōnes necessarias deducit. prudentie vero ꝯclōnes nō sunt necessarie sȝ cōtingētes. Dicūt vlterius ꝙ si hītus prudētialis sit ipius ꝓpōnis vl'is accepte ꝑ experientiā: tñ nō sistit in ea sed eā accipit ad cōcludēdū ex ea aliquā singularem ꝯclōnē īmediate directiuā praxis. sciā vero etiā practica (cuiusmodi ē sciā moralis) sistit in cognitione vniuersaliū. ita ꝙ si ex illis vl'ibus demonstratis concludat̃ ꝯclō particularis: hoc non fit ꝑ illū habitū s̄m ꝙ scientialis est: sȝ s̄m ꝙ prudētialis. ita ꝙ ille idē hītus in numero diceret̃ prudētia ⁊ sciā. sciā quidem s̄m ꝙ acquisitus est ꝑ demōstrationeȝ ⁊ ꝙ̄tum ad hoc ꝑ̄ se est circa necessaria. prudētia vero sȝ ꝙ ex ꝓpōne vl'i habitualiter nota particularē ꝯclōnem dictatiuā de opatōne cōcludimus. ⁊ talis habitus iam est circa contingens. nō quidem ꝙ ꝓpō ad cuius assensum īmediate inclinat sit contingens: sed quia ꝓpō ad cuius assensum mediante actu suo elicito partialiter inclinat: est contingens. Et hoc videt̃ velle scotus cum dicit ꝙ hītus ꝑtis rōcinatiue est circa actū inq̄tū cōnuge-ter elicit̃. sȝ hītus sciētificus est de eo inq̄tum de eo concludit̃ aliq̄d necessariū. Et eodē mō dicūt de arte ⁊ sciā factiua: sicut dictū ē de prudētia ⁊ sciā actiua. ⁊ hec opinio sic itellecta videt̃ ꝓbabilis. ¶ Aliter dr̃ ꝙ hoc nomē prudētia pōt accipi quadrupl'r. Uno mō large ꝓ oī noticia directiua agibilis mediate vel īmediate acquisita ꝑ doctrinā vel experientiā: siue ex ꝑ se notis. Scđo modo accipit̃ ꝓ noticia euidēti īmediate directiua circa aliqđ agibile ꝑticulare. puta ꝓ noticia alicuius propositionis ꝑticularis q̄ euidenter seq̄t̃ ex vl'i ꝑ se nota aut nota ꝑ doctrinā tanq̄ ex maiori. et alia particulari accepta ꝑ sensum siue experientiam. sicut est noticia istius. isti bn̄factori est bn̄faciēdū. q̄ accipit̃ ex istis duab⁹. oī bn̄factori est bn̄faciēdū: et iste ē bn̄factor. Tertio mō accipit̃ ꝓ noticia īmediate directiua agibilis accepta ꝑ experiētiā solū: sicut est noticia istius. iste iracūdus ē ꝑ pulcra vba leniendus. Quarto mō accipit̃ ꝓ aggregato ex oībus noticijs siue acceptis ꝑ experiētiā siue nō īmediate directiuis respectu agibiliū. ¶ Tūc dr̃ ad dubiū ꝙ accipiendo prudētiā p̄mo mō prudētia non distingui̇t̃ a sciā morali: sȝ bn̄ accipiendo nomē prudētie alijs tribus modis. ¶ Ad primam rōnem dubij negat̃ maior. et ad ꝓbationem negatur assumptū. ¶ Ad secundā patet quid sit dicendum. *Resolutio dubium.*

¶ **Ad rationes** ¶ Ad primā pȝ quid sit dicēdū. ¶ Ad scđaȝ cōcedit̃ maior vbi cetera sūt paria: cuiusmodi nō est in ꝓposito: vt supra ostensum est. ¶ Ad tertiū dr̃ ꝙ non ꝓbat vnitatem specificam: sed solū genericā vel vnitatē finis cōis.

Oportet autem assumere ex eubulia quid est. vtrū sciētia q̄dā vel opinio / vel eustochia / vel aliud quoddam genus? *De eubulia* ¶ Scientia quidem vtiq̄ȝ non est. non enim querūt de quibus sciunt. *Prima [con]* eubulia autem consilium quoddā. cōsilians autem querit et ratiocinat̃. ¶ Sed tamē neq̄ȝ eustochia. sine ratione enim et velox quidem eustochia. consiliantur autem multo tēpore ⁊ aiūt quidem operari oportere velociter consiliata: consiliari autem tarde. *Secunda.* ¶ Adhuc autem solertia alterum ⁊ eubulia. est autem eustochia quedaȝ solertia. ¶ Neq̄ȝ vti q̄ȝ opinio est eubulia neq̄ȝ vna. *Tertia* ¶ Sed quia qui quidem male consiliatur: peccat. qui autem bene: recte consiliatur. manifestum quoniam rectitudo quedam eubulia est. *Quarta.* ¶ Neq̄ȝ scie autē neq̄ȝ opinionis. sciētie q̄dem enī nō est rectitudo neq̄ȝ etiā peccatū. opiniōis autē rectitudo veritas. *Quinta.* ¶ Simul autem et determinatū est iam oē cuius opinio est: sed

tamen neq̃ sine rõne eubulia. a mente ergo deficit. hec enĩ nõdũ est enũciatio. etenĩ opinio nõ q̃stio: sed enũciatio q̃dã iam. ꝯsilians aũt siue bene siue male ꝯsiliet: q̃rit aliq̃d et rõcinat. ¶ Sed rectitudo q̃dã ẽ eubulia cõsilij. ꝑpter quod ꝯsiliũ q̃rendũ primũ quid ẽ ⁊ circa quid. ¶ Quia autẽ rectitudo multipliciter: manifestũ quoniã nõ oĩo. Incontinens enĩ ⁊ prauus quod ꝑponit oportere: ex rõcinatiõe adipiscet. quare recte erit cõsiliãs. malũ autẽ magnũ assumẽo. Uidetur aũt bonũ quoddã bene ꝯsiliari. talis enĩ rectitudo ꝯsilij eubulia q̃ bõi adeptiua. ¶ Sz est ⁊ hoc falso sillogismo sortiri. et quod q̃dẽ opz facere sortiri. per quod autẽ non: sz falsuz mediũ terminũ eẽ. quare neq̃ ipa aliqualiter eubulia secũdum quã quod opz quidaz adipiscitur. non quidem per quod oportuit. ¶ Adhuc est multum tp̃s consiliantẽ sortiri hunc autẽ velociter. igitur neq̃ illa aliqualiter eubulia sed rectitudo q̃ secũdũ vtile et cuius opz et vt et qñ. ¶ Adhuc est simpliciter bene consiliari ⁊ ad quendam finem. hec quidem simpliciter vtiq̃ que ad finem simpliciter dirigens. quedam autẽ que ad quẽdam finem. Si vtiq̃ prudentium bene consiliari: eubulia vtiq̃ rectitudo erit que secũdum conferens ad finem: cuius prudẽtia vera suspicatio est.

Iste est tertius tractatus huius sexti libri in quo .p. determinat de quibusdã virtutib⁹ adiunctis prudẽtie. Et diuidit tractatus ĩ quattuor capitula q̃ videbunt ĩ discursu. In pmo cap̃lo determĩat de eubulia. ⁊ primo ponit itẽtũ suum. scđo ꝓsequit illud. Dicit g̃ primo sic: ꝙ opz determinare vtrũ eubulia sit scĩa vel opinio vel eustochia. i. bona cõiectatio vel quoddã aliud genus. ¶ Scientia q̃dem. Hic pħs inuestigat q̃d sit eubulia septẽ ꝯclõnib⁹. quaꝝ Prima est. eubulia nõ est scĩa. Probat pħs: q2 nullus hñs sciam querit de his de q̃bus hz sciam: sed oĩs hñs eubuliã querit de his de q̃bus hz eubuliã: igit. Minorem ꝓbat: quia oĩs consilians querit et ratiocinat: sed eubulia est quoddam consilium: igitur. ¶ Sed tamen. Secunda ꝯcl̃o. eubulia non est eustochia. Probat pħs duabus rõnibus. Prima est. oĩs eustochia est velox et sine rõne: sed eubulia multo tp̃e ꝯsiliat: igit. Minorẽ ꝓbat pħs p illud cõe dictũ. opz tarde ꝯsiliari: sz velociter ꝯsiliata adimplere: igit ⁊c̃. ¶ Adhuc autem. Secunda rõ. oĩs eustochia est solertia: sed eubulia non est solertia igit eubulia non est eustochia. ¶ Neq̃ vtiq̃. Tertia cõclusio. eubulia non est opinio. Hanc cõclusionem nõ ꝓbat hic pħs. sed postea eam probabit. posset autem probari sicut prima. nam licet oĩs opinans assentiat cũ formidine: tñ determinatus est ad vnũ. consilians autem cuiusmodi est eubul⁹ nõ est determĩatus cũ inq̃rat: igit. ¶ Sed q2. Quarta ꝯcl̃o. eubulia est rectitudo quedaz. ꝓbat pħs. q2 q̃ male ꝯsiliat peccat. q̃ vero bñ: recte consiliat: sz eubul⁹ bñ ꝯsiliat. g̃ eubulia est rectitudo q̃dã.

¶ Neq̃ scie. Quinta ꝯcl̃o. eubulia nõ est rectitudo scientie vel opinionis. Primã partem ꝓbat: q2 cuius est rectitudo: eius est pctm̃: sz scie non est peccatũ: g̃ nec rectitudo. et p ꝯñs eubulia nõ est rectitudo scie. Secundã partẽ ꝓbat duab⁹ rõnib⁹. Prima est. rectitudo opinionis est veritas. sz rectitudo eubulie nõ est veritas: sz bonitas: igr̃. ¶ Simul autem. Scđa rõ. Illud cuius ẽ opinio iam est determinatũ q̃tũ ad opinãtẽ sed illud cuius est eubulia nõ est determinatũ: igit. Minorẽ ꝓbat: q2 eubulia deficita mente. i. ab assensu itellectus. q2 est cũ inquisitione ⁊ rõcinatione: igit illud cuius est eubulia nõ est determĩatũ. Assumptũ probat: q2 eubulia nõ est enũciatio: sz questio. ex quo ꝯsiliãs siue bñ siue male querit et rõcinat. opinio vero est enũciatio et non q̃stio. igit. ¶ Sed rectitudo. Sexta ꝯcl̃o. eubulia est rectitudo ꝯsilij. Hanc ꝯcl̃onem relinquit pħs notam ex dictis nam ex quo eubulia est rectitudo et nõ est rectitudo scie nec opinionis: vt ostensum est: igit est rectitudo ꝯsilij. ꝑpter qđ (vt dicit pħs) q̃rẽdũ est q̃d est ꝯsiliũ ⁊ circa q̃d ẽ ꝯsilium. de quibus in tertio libro visuz est. ¶ Quia autem. Septima cõclusio. nõ oĩs rectitudo ꝯsilij est eubulia: sed illa tñ que est boni p bonũ mediũ ⁊ vt opz ⁊ qñ oportet adeptiua. Primam partem ꝓbat: q2 incontinens et prauus recte consiliatur pro magno malo consequendo. sed hoc non est p eubuliã: quia bene consiliari p eubuliam est quoddam bonũ. ergo eubulia est rectitudo ꝯsilij de bono. Maiorem probat. q2 aliquando incontinens ex ratiocinatione et ꝯsilio adipiscitur illđ qđ ꝑposuit cõsequi: igr̃. ¶ Sed est. Secundam partẽ probat. scz ꝙ p bonũ mediũ. q2 possibile est bonũ finem per malũ mediũ ꝯseq̃. ita ꝙ sillogismus cõcludẽs hoc p illud eẽ ꝓsequendũ erit falsus: ergo ad eubuliã requirit ꝙ sit rectitudo adeptiua boni p bonũ mediũ. ¶ Adhuc est. Tertiam partem. s. qñ opz ꝓbat. q2 p̃t aliq̃s ꝯsultãdo assumere plus tp̃is q̃ oporteat: et ali⁹ min⁹ q̃ oportet: g̃ eubulia q̃ videt oĩmoda rectitudo cõsilij est odeptiua boni qñ opz. ¶ Adhuc. Hic pħs soluit vnã obiectionem. diceret eñ aliquis. rectitudo cõsilij est circa finem simpl'r vltimũ. g̃ ad eubuliã non sufficit ꝙ sit boni adeptiua p bonũ mediũ. Respõdet pħs ꝙ duplex ẽ eubulia. scz simpl'r dicta. et illius est bene cõsiliari ad finẽ simpl'r bonũ et vltimũ. Alia est eubulia particularis q̃ ad q̃dã finẽ particularẽ ordinat. Ex dictis concludit pħs diffinitionẽ eubulie. Eubulia est rectitudo consilij circa conferẽs ad finem simpl'r bonũ p medio cõgrua ⁊ cõuenienti tempore. Quinta. Sexta. Septima. Soluitur obiectio. Diffinitio eubulie.

Istud est octauum capitulū huius primi tractatus in quo phūs ostēdit diuersitatē delectationū ex parte subiectorū. Et ponit talē cōclusionē. Conclus[io] Diuersorū sm speciē diuerse sunt delectationes: eorūdē vero indifferentes. Primā partem probat. qr vnicuiqꝫ animali est delectatio sibi propria sicut propriū opus: igitur. Antecedens ꝑbat inductiue. qr alia est delectatio equi/alia canis/et alia hoīs. qd ꝑbat auctoritate heracliti dicētis asinum magis diligere fenū ꝙ aurū: quia nutrimētum est asino delectabilius auro: igitur. ¶ Differunt autē. Hic instat phūs cōtra secundā partē predicte cōclusionis qua dr ꝙ eorūdē sm speciē sunt eedē delectatiōes. quia eedē delectationes delectant istos homines/et contristant illos. Cōtra cō[clu]sionem similiter eadē sunt odibilia aliquibus/et amabilia aliis sicut dulcia et amara. puta fabricanti et bene se habenti. sed ista sunt eadem specie: igitur. ¶ Videtur aūt. Hic soluit phūs predictam instantiā dicens: ꝙ licet talia mala videantur esse delectabilia: non tamē sunt delectabilia simpliciter sed eorum illa tantum sunt delectabilia simpliciter: que vidētur studiosis et sanis delectabilia. alia vero non sunt delectabilia simpliciter: sed his. i. corruptis et male dispositis. Solutio Istam solutionē confirmat phūs per illud quod supra dictū est. qr virtus et bonus sm ꝙ talis sunt vnicuiqꝫ mensura. Similiter illud simpliciter dicendum est malum: quod vir bonus malum esse iudicat. Et si queratur vnde est ꝙ illa que vidētur tristia bono viro: videntur malo delectabilia? Respōdet phūs ꝙ hoc est quia multe fiunt corruptiones et deprauationes hominum. ¶ Confessas quidem. Hic infert phūs duo correlaria. Correla[rium] Primum est. delectationes quas oēs confitentur esse turpes: et inhonestas non sunt simpliciter delectationes: sed corruptiones tantum. patet satis ex dictis. ¶ Earum autē. Secundum correlariū. inter honestas delectationes quedam sunt primatio delectationes hominis. alie vero secundario. Probat: quia delectationes sequuntur operationes. sed operationū: alie sunt principaliter operationes hominis perfecti et beati. et hoc siue sit vna talis siue plures. ergo et delectationum alique sunt principaliter hominis scilicet ille que perficiunt operationes principales hominis: et alie secundario que operationes secundarias perficiunt.

ia cōclo D Ictis aūt his q̄ circa virtutes et amicitias ⁊ delectatiōes: reliquū est de felicitate typo pertransire: qz finem ipaz ponim⁹ humanoꝝ. resumentibus autē pdicta: ꝯpendiosior vtiqz erit
nda. sermo. ¶ Diximus autem: qm̄ non est habitus. eteni dormienti p vitam existeret vtiqz plante viuenti vitā: et infortunato maxime si vtiqz hec nō placent: sed magis in opationem quādā ponendū: queadmodū in his q̄
ia prius dicta sunt. ¶ Operationū autē he quidem sunt necessarie et ꝑpter altera eligibiles: he autē fm̄ seipas. manifestū quoniā felicitatē eaꝝ q̄ fm̄ seipas eligibiliū aliquā ponendū: ⁊ nō earū q̄ ꝑpter aliud. nullo enī indigens felicitas: sed p se sufficiēs. ¶ Scdm̄ seipao sunt eligibiles a quibus nichil querit̄ preter opationem. ¶ Tales eē vident̄ autē q̄ fm̄ ꝟtutē actiōes. bona enī ⁊ studiosa age
ns. re coꝝ q̄ ꝑpter seipsa eligibiliū. ¶ Sed ⁊ ludorū delectabiles. non enī ꝑpter altera ipsos eligunt. ledunt̄ enī ab ipsis magis q̄ iuuant̄: negligentes corpora et possessionem.
ctio. ¶ Refugiunt autē ad tales ꝯuersationes felicitātiū multi. propter quod apud tyrānos approbant̄ in talibus cōuersationibus eutrapeli. q̄ eī appetunt̄ in ijs tribuūt seipos delectabiles. indigēt autem talibus. Videtur quidem igitur felicitatiua hec esse ꝑpter
atio. eos q̄ in potentatibus his vacare. ¶ Nullū autē forte signū tales sunt. non enī in potentem eē virtus neqz intellectus a quibus studiose opationes. neqz si ingustabiles isti existentes delectatiōes sincere et liberales: ad corporales refugiūt: ꝑpt̄ hoc has existimādas eligibiliores eē. ¶ Eteni pueri q̄ apud ipos p̄ciosa: optima existimant esse. Rōnabile vtiqz queadmodū pueris ⁊ viris altera videntur preciosa: sic et prauis et ijs q̄ epieikes. Queadmodū igitur multotiens dictū est et preciosa et delectabilia sunt q̄ studioso talia entia. vnicuiqz autem q̄ fm̄ habitū proprium eligibilissima opatio. ⁊ studioso autē fm̄ virtutem. Non ī ludo ergo felicitas. et cī incōueniens finē eē ludū: et negociari ⁊ malū pati fm̄ vitam omnem ludendi grā. omia enim (vt est dicere) alterius gratia eligim⁹ preter felicitatem. finis enī hec. studere autem et laborare ludi gratia: insipiens videt̄ ⁊ valde puerile. ludere autē vt studeant fm̄ anacharsim recte habere videt̄. requiei enī assimilatur ludus. impotentes autem conti-nue laborare requie indigent. nō vtiqz finis requies. fit enim gratia opationis. ¶ Vide- Quinta.
tur autem felix vita fm̄ virtutem eē. hec autem cū studio: sed non in ludo. melioraqz dicimus studiosa ridiculis et cum ludo. et melioris semp particule: et hominis studiosiorē opationē. q̄ autē melioris melior et felicior iam. ¶ Potieturqz vtiqz corporalibus de- Septa.
lectationibus quicūqz. et bestiale nō minus optimo. Felicitatem autem nullus bestiali tribuit: si non et vitam. non enim in talibus ꝯuersatiōib⁹ felicitas: sed ī his q̄ scdz ꝟtutē opatiōib⁹: queadmodū ⁊ prius dictū est.

I Ste est secūdus tractatus huius libri: ī quo determinat aristoteles de felicitate. Et cōtinet quatuor capitula q̄ patebunt in processu. In primo capitulo ostēdit felicitatē non eē habitum: sed operationem non circa ludum sed circa virtutem. Et ponit sex ꝯclōnes p quarū primā ponit intentū suū. et cōtinuat dicenda dictis. et ē talis. Post- Prima concl'o
ea q̄ dicta sunt de virtutibus/de amicitia/⁊ de delectatione: de felicitate determinādum est. Probat phs. qz (vt dictū est) felicitas est finis humanoꝝ actuū: igit̄ de ea determinandum est. et ratione huius resumenda sūt quedaz que in primo libro de felicitate dicta sunt: quia hoc modo cōpendiosior erit de ea determinatio. ¶ Diximus autē. Secūda ꝯcl'o. Felicitas (vt supra dictū est) Secunda.
non est habitus sed opatio. Primā partē ꝓbat phs tripliciter. Primo: qz tunc alicui per totam vitā dormiēti posset ineē felicitas. Secundo: qz tunc viuenti vita plāte. i. exercenti solum operationes aīe vegetatiue: posset inexistere felicitas. Tertio: quia tunc maxime infortunato posset inesse felicitas. cum oībus predictis possit inesse habitus virtutis absqz eiusdem operatione. hec autem sunt incōuenientia: igitur felicitas non est habitus. Secundam partē ꝓbat ex prima: qz felicitas non est habitus: ergo est opatio: queadmodum in primo libro dictum est. ¶ Operationū autem. Tertia ꝯcl'o. Fe- Tertia.
licitas est opatio eligibilis ꝑpter se. Probat phs trib⁹ rōnib⁹. Pria est: qz oīs opatio aut est nccīa ⁊ pp aliud expetēda. aut pp seipam. sz felicitas non est opatio necessaria ⁊ propter aliud expetibilis. g̃ est operatio expetibilis ꝑpter se. Minorem ꝓbat: quia felicitas est bonum per se sufficiens et nullo indigens. Ubi aduertendum: ꝙ operationes propter aliō eligibiles sunt vt edificatio/fabricatio/et huiusmodi: quas vocat hic phs necessarias. non quia non possunt non esse: sed quia gratia alicuius fiunt: quod sine ipis haberi nō potest. vt sine edificatione haberi non potest domus. ¶ Scdm̄ seipas. Scda rō. omnis operatio in qua preter operationem nichil queritur: est p se eligibilis. sed felicitas est huiusmodi: igitur. ¶ Tales esse. Tertia rō. omnis operatio fm̄ virtutem est propter se eligibilis: sed felicitas est opatio fm̄ virtutem: igitur. Maiorem probat: qz bona et studiosa agere est ꝑpter se expetibile: igit̄. ¶ Sz
ludoꝝ. Quarta ꝯcl'o. licet ludi delectabiles sint ꝑpt̄ Quarta.
se et nō ꝑpter aliud eligibiles: in ipis tn̄ non ꝯsistit felicitas. Primā partem relinquit notam. Et secundā partem quā ponit in solutione sequētis obiectionis ꝓbat tribus rōnibus. Prima ratio est. qz intendentes ludis

magis leduntur q̄ iuuātur ab ipsis negligentes corpora ⁊ possessionē ꝑ ipsos ludos. ergo in eis nō cōsistit felicitas.

Obiectio ¶ Refugiūt autē. Hic obijcit phs cōtra ꝑdictam ꝯclōnē: qr multi eoꝝ q̄ felices reputant: puta pricipes ⁊ potētes cōfugiunt ad delectationes ludoꝝ. ꝓpter qd apud eos in ꝑcio habent q̄ hmōi oblectamēta pñt afferre. nam q̄ cōcupiūt ad ea feleto aīo prebēt ⁊ his īdigēt. ergo signū est ꝙ in ludis delectabilibus consistit felicitas.

Solutio. ¶ Nullū autē. Hic soluit phs ꝑdictā obiectiōem negādo ꝯñam. Tum pⁱo: qr tales potentes nō sunt vere felices. qr in eis neq̧ est virtus moralis neq̧ intellectualis a quibus nate sunt ꝓcedere oꝑationes laudabiles. Tum scdo: qr potentes ⁊ tyranni nō pñt gustare sincerā ⁊ liberā delectationem q̄ est in oꝑatione virtutis: ideo ad corporales delectationes cōfugiūt existimātes eas eligibiliores esse. sicut pueri q̄ apud eos in precio sunt: optima existimant. quare rōnabile est vt queādmoduz pueris et viris diuersa vident ꝑciosa: ita prauis et studiosis diuersa vident delectabilia. vnicuiq̧ aūt oꝑatio q̄ est ꝼm habitū ꝓpriū videt eligibilissima. studioso autem q̄ ꝼm virtutem: igit. Sinceras delectatōnes vocat hic Aristoteles q̄bus nec tunc nec post breue tp̄s miscetur tristicia neq̧ penitentio. Liberales autē q̄ non alterius grā suscipiunt: aut q̄ sic ingenue sunt vt nulli moleste sint aut nociue. ¶ Etenim. Secūda rō. Oīa alia a felicitate eligimus grā alterius: scz grā felicitatis: sed nō oīa eligimus grā ludi. ergo in ludo non ꝯsistit felicitas. Maiorē ꝓbat: qr felicitas est oīm finis. Minorē etiam ꝓbat. Tum primo: qr stultū videt et puerile eligere negociari: penam pati: studere: et laborare ꝑ totā vitā grā ludi. Et hoc cōfirmat phs auctoritate Anacharsis. i. illius phi dicentis. ludēdū est vt studeamus. Tum scdo: qr requies ⁊ cessatio a labore nō est vltimus finis: sz fit grā oꝑationis. ergo et ludus. ꝯñam ꝓbat: qr requiei assimilat ludus. Añs ꝓbat: qr illi requie indigent et non alij qui nō pñt continue laborare. ergo requies fit grā operationis. ¶ Videt aūt.

Quinta. Quinta ꝯclō. Vita ꝼm virtutez est cū studio et non cū ludo. sed felix vita est vita ꝼm virtutem. ergo felix vita nō ꝯsistit in ludo. Maiorē ꝓbat dupliciter. Primo: qr studiosa meliora sūt ridiculis ⁊ his q̄ fiunt in ludo: igit. Scdo: qr oīs oꝑatio melioris particule hoīs ꝼz ꝙ homo est melior ⁊ beatior. sed oꝑatio studiosior est melioris particule aīe et hoīs ꝼm ꝙ homo q̄ oꝑatio ridiculosa et iocosa: igit. ¶ Potiet q̧.

Sexta. Sexta cōclusio. Felicitas non cōsistit in delectationibus corporalibus. Probat: qr in his q̄ non minus insunt bestialibus q̄ viro optimo non cōsistit felicitas. sed delectationes corporales sunt hmōi. igitur in ipsis nō consistit felicitas: sed in operationibus ꝼm virtutē vt prius dictū est. Maiorem ꝓbat: qr nullus bestiali et abiecto viro felicitatem tribuit: sed solum vitam.

Prima cōclō. Si autē felicitas est ꝼm virtutem oꝑatio: rōnabile ꝼz optimā. hec autē vtiq̧ erit optimi. siue igit intellectus hoc siue aliud qd qd vtiq̧ ꝼm naturā videt principari et dominari ⁊ intelligentiam hr̄e de bonis et diuinis siue diuinū ens ⁊ ipsum siue ipsoꝝ q̄ in nobis diuinissimū: huius oꝑatio ꝼm ꝓpriam virtutem erit vtiq̧ perfecta felicitas.

Scda probata sex rationibus ¶ Quoniā aūt est speculatiua dictum est. confessum autem hoc vtiq̧ videbitur esse et ijs q̄ prius et ipsi vero. Optima eteni hec oꝑatio. eteni eoꝝ intellectus que in nobis et cognoscibiliū circa q̄ intellect⁹. Adhuc aūt cōtinuissima. speculari eni possum⁹ ꝯtinue magis q̄ operari quodcūq̧. ¶ Existimamusq̧ oportere delectationē admixtā esse felicitati. delectabilissima aūt eaꝝ q̄ ꝼm virtutē operationū: q̄ ꝼm sapientiam confessa est. videt ei philosophia admirabiles delectationes hr̄e puritate et firmitate. rōnabile aūt scientibus q̄ querētibus delectabiliorē ꝯuersationē eē. ¶ Et q̄ dr̄ autarcia circa speculatiuā maxime vtiq̧ erit. ad viuere q̄dem eni necessarijs et sapiens et iustus et reliqui indigent. talibus aūt sufficienter largitis. iustus q̄dez indiget ad quos iuste operet et cū q̄bus. sl̄r autē et tēperatus et fortis et alioꝝ vnusq̄sq̧. sapiens autē ꝼm seipsum ens potest speculari. et quāto vtiq̧ sapientior fuerit: magis. melius autē forte cooperatores hr̄e: sed tñ ꝑ se sufficientissimus. ¶ Videbit vtiq̧ aūt ipa sola ꝓpter seipam diligi nichil eni ab ipa fit preter speculari. ab operabilibus autem vel plus vel minus acquirimus ꝑter actionē. ¶ Videt autē felicitas in vacatione eē. nō vacamus. eni vt vacem⁹ et bellamus vt pacē ducamus. practicarum q̄dem igit virtutum in politicis vel bellicis oꝑatiōes sunt. q̄ aūt circa hec oꝑatiōes: vident non vacātes eē. bellice quidē et penitus. nullus eni eligit bellare eius quod ē bellare grā: neq̧ preparare bellū. videt eni vtiq̧ omnino violentus occisor q̄s eē: si amicos oppugnatores faceret vt pugne et ocasiones fierent. ¶ Est aūt et q̄ politici nō vacās et preter ipm ciuiliter ꝯuersari acquirēs potentatus ⁊ honores vel magis et felicitatez ipi ⁊ ciuibus: alterā existentē a politica quā ⁊ q̄rimus manifestū vt alteram existentem. ¶ Si vtiq̧ eas quidē q̄ ꝼm v̄tutes: actiones politice et bellice pulchritudine et magnitudine precellūt. he autē non vacantes ⁊ finez aliquē appetūt ⁊ nō ꝓpt seipas sunt eligibiles. intellect⁹ autē oꝑatio: studio differre videt speculatiua existens ⁊ ꝓpt ipsam nullū appetere finē. habereq̧ delectationem propriā. hec autē coauget oꝑationem. et per se sufficiens vtiq̧ ⁊ vacatiuū vtiq̧ et illaboriosum vt humanū: et q̄cūq̧ alia beato attribuuntur scdm hanc oꝑationem apparēt entia. ¶ Perfecta igit felicitas hec vtiq̧ erit ho= Correla

minis: accipiens longitudinem vite perfectam. nichil enim imperfectum est eorum q̄ felicitatis.

Istud est scḋm capl'm huius scḋi tractatꝰ ī quo ondit phs cuius virtutis et potentie felicitas est operatio. Et ponit duas ꝯcl'ones. Pria est. ꝑfecta felicitas est opatio illiꝰ partis hoīs q̄ principatur et dn̄atur et intelligentiā hꝫ honestarū diuinarūqꝫ rerū. et hoc siue illa sit intellectꝰ siue aliqd aliud diuinū in hoīe existēs: siue diuinissimum in hoīe inter oīa q̄ ei insunt. Probat: qꝛ si felicitas est opatio ꝯm virtutē (vt supra dictum est) rōnabile est ꝙ sit opatio ꝯm ꝟtutē optimā: sed optima virtus est optimi qḋ est in hoīe: qḋ principat̄ et dn̄atur ⁊ itelligentiā habet honestarū diuinarūqꝫ rerū. ḡ ꝑfecta felicitas ē opatio illius optimi ꝯm ꝓpriā eius virtutē. ¶ Qm̄ aūt est. Scḋa ꝯcl'o. ꝑfecta felicitas est opatio speculatiua. vt in sexto huiꝰ dictū est. ꝓbat. p. sex rōnibus. Pria rō ē. qꝛ hoc ꝯsonat his q̄ in pimo libro dicta sunt de felicitate et etiā ipi virtuti: igit̄. Ans ꝓbat. qꝛ hec opatio scꝫ speculatio est optima: igitur in ea ꝯsistit felicitas. Assumptū ꝓbat. Tū primo: qꝛ intellectus est optimus eoꝝ q̄ ī nobis sunt. Tū scḋo: qꝛ cognoscibilia circa q̄ est intellectꝰ sunt optima: igit̄. ¶ Adhuc aūt. Scḋa rō. ꝯtēplatio est opatio ꝯtinuissima: igit̄ in ea cōsistit felicitas. Ans ꝓbat: qꝛ magis possumus ꝯtinue speculari: ꝙ qḋcūqꝫ aliud facere. igit̄. ¶ Existimamusqꝫ. Tertia rō. felicitati admixta est delectatio. sed inter oēs operationes studiosas et laudabiles opatio ꝯm sapiētiā cuiusmodi est speculatio siue cōtēplatio est delectabilissima: igit̄. Minorē ꝓbat. qꝛ phia diuina cuiusmodi est sapientia admirabiles hꝫ delectatiōes. Tū propter puritatē. tū etiā ꝓpt̄ certitudinem et firmitatē. Est aūt phia delectabilior scientibus ⁊ hn̄tibus eam ꝙ querentibus et addiscētibꝰ. Ubi aduertendū ꝙ delectatio intellectus dr̄ pura: nō qꝛ nō ꝯhat appetitus vel affectus aliquā impuritatē: sed qꝛ nulli admixta est tristicie. ¶ Et q̄ dr̄. Quarta rō. Autarcia. i. sufficientia q̄ dr̄ ineē felicitati maxime in contēplatione reperitur: igit̄ in ꝯtemplatione ꝯsistit felicitas. Ans probat: qꝛ lꝫ sapiens indigeat his q̄ ad vitam sunt necessaria: sicut iustus et alij studiosi: tn̄ talibus necessarijs sufficienter habitis: adhuc iustus indiget aliquibus ad quos ⁊ cū qbꝰ iuste opet̄. et siłr tēperatus ⁊ fortis ⁊ alioꝝ virtuosoꝝ vnusqsqꝫ. nō sic autē est de sapiente: imo si solus sit: pt̄ ꝯtēplari. ⁊ q̄to fuerit sapientior tāto magis. ⁊ q̄uis aliqñ melius sit sapienti hr̄e cooperatores ꝙ nō hr̄e: ipe tn̄ est sibi ipi sufficientissimꝰ. Ubi notādū ꝙ ꝯm eustraciū speculatiuus felix cooperantibus indiget nō ad eā q̄ est ꝯm itellectū speculationē: sed ad iturbatā eē speculatōis. est tn̄ ꝑ se sufficientissimus. qꝛ paucis indiget: vel qꝛ melius est ei hr̄e coopatores nō tn̄ est ei necessariū. i. ꝑ se sufficiētissimꝰ est. qꝛ nichil sibi necessariū ad ꝯtēplationē in q̄ ꝯsistit felicitas ꝑfectissima deficit. ¶ Uidebit̄ vtiqꝫ. Quinta rō. sola ꝯtemplatio ꝑꝑ seipam diligit̄. ḡ est felicitas. Ans ꝓbat. Et pmo q̄ad exponentē affirmatiuā p̄dicte exclusiue: qꝛ nichil ꝓcurat̄ in nobis ꝑ ipam speculationem preter ipꝫ speculari: igit̄ ipa speculatio ꝑꝑ seipam diligit̄. Negatiuā vero exponentē ꝓbat. qꝛ ꝯm alias virtutes aliquid vel plus vel minus acqrimꝰ p̄ter ipam actionē: igit̄ nulla alia opatio ꝟtuosa ꝑꝑ seipam diligit̄. ¶ Uidet̄ autē. Sexta rō. in vacatione ⁊ trāquillitate maxime consistit felicitas. sed speculatio siue ꝯtēplatio inter oēs opationes est maxime vacās/quieta et trāquilla: igit̄ in ea cōsistit felicitas. Maiorē probat. p. qꝛ nos negociamur vt vacemus et quiescamus: sicut bellamus vt pacē ducamus. igit̄ in vacatione maxime ꝯsistit felicitas. Minorē ꝓbat. s. ꝙ oēs alie opationes a cōtēplatione sunt negociose et non vacantes. Primo de operationibꝰ virtutū practicarū: qꝛ ille sūt in politicis et bellicis. sꝫ circa agibilia politica et bellica opationes sunt nō vacantes. Probat. p. de bellicis opatōnibus: qꝛ nullus eligit bellare neqꝫ parare bellū gr̄a huiꝰ qḋ est bellare: sꝫ gr̄a pacis hn̄de. nā talis eēt oīno violētꝰ occisor q̄ amicos oppugnatores faceret: vt pugne ⁊ occisiones fierēt. ¶ Est aūt. Hic idē ondit de politicis. s. ꝙ nō sūt vacātes: quia p̄ter ipm ciuiliter ꝯuersari politicus intēdit ꝑ suas opationes sibi acqrere potētatus ⁊ honores: vel magis felicitatem sibi ⁊ ciuibꝰ aliā a politica opatione. quā etiā hic q̄rimus vt alteram existentē ab ea: igit̄. ¶ Si vtiqꝫ. Hic tertio idē ꝓbat de alijs opationibus a politicis et bellicis. qꝛ si opatiōes politice et bellice q̄ aliarū virtutū opatiōes ⁊ pulchritudīe et magnitudine precellunt sint nō vacātes ⁊ gr̄a alicuiꝰ finis ⁊ nō ꝑꝑ seipas eligibiles: nulla opatio ꝟtutis moralis erit vacās siue ꝓpt̄ seipam appetibilis. sed opatio intellectus q̄ studio ⁊ honore p̄cellere videt̄ speculatiua existens: est ꝓpter seipsam et nō ꝑꝑ aliū finē appetibilis ꝓpriū hn̄s delectationē q̄ opationē ipam coauget ⁊ est ꝑ se sufficiēs quieta ⁊ tranquilla vt bonū humanū. cui etiā vident̄ existere q̄cūqꝫ attribuūt̄ btō. igit̄ in tali opatōne ꝯsistit felicitas.

¶ Perfecta igr̄. Hic ꝯcludit. p. ꝙ ꝑfecta hoīs felicitas est hec q̄ descripta ē accipiēs vite lōgitudinē. Probat: qꝛ nichil est imꝑfectū eoꝝ q̄ ꝑtinēt ad felicitatem. ergo ad felicitatē ꝑtinet hr̄e vite longitudinem. Correlarium.

Talis autē vtiqꝫ erit melior vita q̄ ꝯm hominē. nō ei ꝯm ꝙ hō est sic viuet: sed ꝯm ꝙ diuinum aliquid in ipo existit. quāto autem differt hoc a ꝯposito: tāto et opatio ab ea q̄ ꝯm virtutem aliā. ¶ Si itaqꝫ diuinū intellectus ad hoīem et q̄ ꝯm hunc diuina vita ad humanā vitam. ¶ Opꝫ autē nō scḋm suadētes hūana sapere hoīem entem: neqꝫ mortalia mortalē: sed inq̄tum cōtingit imortalē facere: ⁊ oīa facere ad viuere secundū optimū eoꝝ q̄ in ipo. si enī et mole paruum est potētia et p̄ciositate multū magis oībus supexcellit. Uidebitur autē vtiqꝫ et vnūquodqꝫ eē hoc: siquidē principale et melius. incōueniēs ergo fiet vtiqꝫ si nō suijpius vitā eligat: sed alicuius alteriꝰ quod et dictū prius: ꝯgruet et nunc. ꝓpriū ei vnicuiqꝫ natura optimū: delectabilissimū est vnicuiqꝫ. et homini vtiqꝫ q̄ secundū itellectū vita. siquidē maxime hic hō. iste ergo felicissimus. ¶ Secundo autē q̄ secundū aliam virtutē. secundū ipam enī opatiōes humane. Justa ei ⁊ fortia ⁊ alia q̄ scḋm ꝟtutes adinuicem agimus in cōmutationibus ⁊ necessitatibus et actionibus omnimodis: et in possessiōibus qḋ decet vnicuiqꝫ ꝯseruātes.

Prima conclu[sio] dilucidata

Scḋa ꝓbata sex rōnibus.

Prima conclo de vita contēplatiua

Solutio obiectionis.

Secunda ꝯcl'o

hec autē eē vident̄ oīa hūmana: Quedā au
tē et accidere et a corpore vident̄ et multū
coappropriari passionib⁹ moꝛia virt⁹. ¶ Cō
Soluitur obiectio iugata est eñi et prudentia moꝛis virtuti et
hec prudentie. siquidē prudētie quidē prin
cipia fm̄ moꝛales sunt virtutes. rectū autē
moꝛaliū fm̄ prudentiam. cōcopulate aūt he
et passionibus. circa cōpositū vtiq̄ erūt. Cō
positi aūt virtutes hūane. et vita vtiq̄ que
fm̄ has et felicitas. q̄ aūt intellectus separa
ta. tantū eñi de ipa dictū est. certius eñi di-
Tertia conclo cere maius ꝓposito est. ¶ Videbitur autē
vtiq̄ et exteriori largitione in parū vel ī mi
nus indigere moꝛali. necessarijs quidem eñi
ambobus opus ex equali sit. ⁊ si magis labo
rat circa corpus politicus et q̄cūq̄ talia: pa
rū vtiq̄ quidē differt. ad operationes autē
multū differt. Liberali q̄dem eñi opus erit
pecunijs ad agere liberalia. ⁊ iusto vtiq̄ ad
redditiōes. voluntates eñi imanifeste. simu-
lant eñi et nō iusti iuste agere velle. forti au
tē potentia: si quidē ꝑficit quid coꝝ q̄ fm̄ vir
tutē. et tēperato potestate: qualiter eñi ma
nifestus erit vel iste vel alioꝝ aliquis? Que
rit̄ autē quidem vtrū principalius virtutis
electio vel actiones: vt in ambabus existis
ꝑfectū vtiq̄ manifestū q̄ in ambabus vtiq̄
erit. ad actiones aūt multis opus est. ⁊ quā
to vtiq̄ maiores sunt et meliores: pluribus.
speculanti autē nullo taliū ad operationem
necessitas. sed (vt dicere) et īpedimenta sūt
ad speculationē. fm̄ autē q̄ homo est et plu
rib⁹ ꝯuiuit eligit qđ fm̄ virtutē agere. opus
habebit igit̄ talibus ad humaniter cōuersa
Quarta. ri. ¶ Perfecta autē felicitas quoniā specu
latiua q̄dam est opatio: et huic vtiq̄ appa-
rebit. Deos eñi maxime suspicati sum⁹ bea
tos et felices eē. actiones autē quales attri
buere debitum ipis? vtrū iustas vel ridicu-
li apparebunt cōmutātes ⁊ depositiōes dā
tes et quecūq̄ alia talia. sed fortes? sustinē
tes terribilia et periclitantes: q̄m bonū. vel
liberales: cui autē dabunt? incōueniēs autē
et si erit ipis numisma vel aliq̄d tale. si autē
tēperati: q̄d vtiq̄ erunt? vel onerosa laus:
quoniā non habēt prauas ꝯcupiscētias. per
transeuntibus aūt oīa apparebūt vtiq̄ que
circa actiones: parua et indigna dijs: sed tñ
oēs viuere cōspicati sunt ipos: et opari er-
go. non opꝫ eñi doꝛmire queadmodū Eudy
miona. viuenti vtiq̄ ab agere ablato: adhuc
autē magis a facere: quid reliquitur preter

speculationē? quare dei operatio beatitudi
ne differens: speculatiua vtiq̄ erit. et huma
narum vtiq̄ q̄ huic cognatissima felicissima
¶ Signum autem ⁊ nō participare reliqua
aīalia felicitate: tali operatione priuata per
fecte. Dijs quidem eñi omnis vita beata. ho-
minibus autem inq̃tum similitudo quedam
talis operationis existit. alioꝝ autē anima
liū nullū felix est. q̄ nequaq̄ cōmunicat spe-
culatione. ¶ Inq̃tū vtiq̄ protendit specula Correlarium
tio: et felicitas. et quibus magis existit spe-
culari: ⁊ felices esse. non secundum accidēs:
sed secundum speculationem. hec eñim secū
dū seipam honorabilis. quare vtiq̄ erit feli
citas speculatio quedam.

Istud est tertiū capitulū huius scdi tractat⁹ De vita contemplatiua
in quo phs ostēdit excellentiā vite cōtēplatiue
et eius felicitatis supra vitā actiuā et ei⁹ fe-
licitatem. Et diuidit̄ in quattuoꝛ ptes. In p̄
ma hoc facit p respectū ad hoīem et partes eius. In se
cūda vero idē ostēdit p respectū ad prudentiam et vir-
tutes moꝛales. In tertia p respectū ad bona exterioꝛa.
Et i quarta p respectū ad diuinā felicitatē. In p̄ma igi
tur ponit talē ꝯclōnē. Vita ꝯtēplatiua est melioꝛ q̄ vita Prima conclo elucidata.
fm̄ hoīem siue humanā. Probat phs dupl̄r. Prīo: q̄ꝛ
hō fm̄ q̄ hō nō viuit vita cōtēplatiua. ſꝫ vita ꝯtēplatiua
inest hoī fm̄ q̄ aliquid diuinū in eo existit. et q̄nto hoc
differt a cōposito: tāto et huius opatio differt ab opatio
ne q̄ est fm̄ aliā virtutem. i. fm̄ prudētiā. hoc est ab opa
tione actiua siue humana: igit̄ vita ꝯtēplatiua est perfe
ctioꝛ vita humana siue actiua. Scdo ꝓbat: q̄ꝛ intellect⁹
est q̄d diuinū respectu hoīs. ḡ vita ꝯtēplatiua q̄ est ſꝫ i-
tellectū se hꝫ ad vitā fm̄ hoīem: sicut diuina ad huma-
nā. ſꝫ diuina vita excellit humanā: igit̄ et ꝯtēplatiua vi
ta vitā fm̄ hoīem. ¶ Opꝫ aūt. Hic remouet. p. vnā ob- Soluitur obiectio.
iectionē. diceret eñi aliq̄s: q̄ hō dꝫ hūana sapere ⁊ nō di
uina. ⁊ moꝛtalis moꝛtalia ⁊ nō īmoꝛtalia. ḡ felicitas nō
ꝯsistit in cōtēplatione diuinoꝝ. Ad hāc rōnē r̄ndet phs
negando aūs. imo hō dꝫ q̄ntum possibile est se īmoꝛtalē
facere. ⁊ q̄ntum pōt niti vt viuat fm̄ optimū coꝝ q̄ in eo
sunt. s. fꝫ intellectū. Probat dupl̄r. prīo: q̄ꝛ lꝫ intellect⁹
sit paruus imo nullius mole siue magnitudine: potētia
tñ et ꝓciositate oībus q̄ sunt in hoīe supexcellit. Scdo
q̄ꝛ absurdū est aliquē nō eligere suīpius vitā: ſꝫ alicui⁹
alterius. ſꝫ vita ꝯtēplatiua siue fm̄ intellectū est vita ꝓ
pria hoīs. igit̄ hō oīa facere dꝫ vt viuat fm̄ intellectum.
Minorē ꝓbat. p. dupl̄r. Primo: q̄ꝛ vnusquisq̄ videtur
eē itellectus tanq̄ principale et melius qđ sit in eo. Se
cūdo: q̄ꝛ (vt prius dictū est) vnicuiq̄ illud est proprium.
qđ naturaliter est ei optimū et delectabilissimū. ſꝫ hoī
vita fm̄ itellectū est optima et delectabilissima. ḡ talis
vita est hoī ꝓpria. Minorē assumptā ꝓbat: q̄ꝛ pp hoc
hō maxime d̄r intellectus et vita fm̄ intellectū felicissi-
ma. ¶ Scdo aūt. Hec est scda ps hui⁹ ca. in q̄. p. ostēdit
excellētiā vite ꝯtēplatiue ⁊ felicitatis q̄ in ea ꝯsistit su-
pra vitā actiuā ⁊ ei⁹ felicitatē p respectū ad prudentiā
et ad virtutes moꝛales. Et ponit talē ꝯclōnē. Vita q̄ est Secūda conclo
fm̄ aliā virtutē. s. fm̄ prudētiā est scdaria et minus p̄n-
cipalis vita ꝯtēplatiua. Probat: q̄ꝛ opationes q̄ sunt
fm̄ prudentiā sunt humane: igit̄. Aīs ꝓbat. p. tripl̄r.
Prīo: q̄ꝛ iusta et foꝛtia ⁊ alia opa ꝟtutū moꝛaliū inter

nos agimus in cōmutationibus necessitatibus et actionibus variis in passionibus et affectibus qđ decet vnicuiqꝫ ꝯseruantes. ꝫ hec oīa videntꝰ eē humana: igitꝰ operationes ſm prudentiam ⁊ virtutes morales sunt hūane. Scđo: qꝛ qđā opationes virtutū moraliū videntꝰ ꝓuenire a corpore. i. a naturali cōplexione: igitꝰ. Tertio: qꝛ virtus moralis videtꝰ eē multū cōiūcta et appropriata passionibus: cū sit moderatiua earū: igitꝰ eius opationes sunt humane. ¶ Cōiugata est. Hic soluit. p. vnam obiectionem. diceret eīn aliquis ꝙ prudentia est virtus intellectiua sicut et sapientia: ꝫ opationes ſm ipam nō sunt hūane. Respōdet phs negādo ꝯñam. qꝛ prudētia cōiuncta est virtuti morali: et virtus moralis prudētie: nam principia prudentie sunt ſm virtutes morales: et rectitudo moralis ſm prudentiam. et vtraqꝫ cōiuncta ē passionibus: et est circa totū ꝯpositū. sed ꝯpositi virtutes sunt humane. quare vita que est ſm eas dꝛ humana et etiam felicitas q̄ in illa vita cōsistit. q̄ vero est ſm intellectum dꝛ sepata: de qua tñ dictū est. certius autē de ea discutere supra ꝓpositū fore dicit phs. ¶ Videbitꝰ aūt. Hec est tertia pars capituli in qua phs ꝓbat excellentiā vite et felicitatis cōtēplatiue supra actiuā p respectū ad externa bona qbus indigent. qꝛ illa felicitas q̄ minus indiget bonis exterioribus est pfectior felicitate q̄ maiori largitione et affluentia bonoꝝ exterioꝝ indiget. sed felicitas cōtēplatiua minus indiget bonis exterioribus ꝙ felicitas moralis siue actiua: igitꝰ. Minorē ꝓbat: qꝛ ꝙuis vtriqꝫ sit equalis indigentia eoꝝ q̄ ad vitā sustētandā sunt necessaria: ꝙuis etiā politicus magis laboret circa corpus et circa q̄cūqꝫ necessaria ad vitam: quo ad hoc tñ parū differūt. quo ad opationes vero multū. qđ ꝓbat. p. inductiue: qꝛ liberali opus est pecuniis ad agendū liberaliter: et iusto opus est pecuniis ad remunerationes faciendas. nā volūtates sūt īmanifeste. Simulāt eīn et nō iusti iuste agere velle. forti etiā opus est potētia q̄ pficit opationē ſm virtutē. et tēperatus indiget ptāte siue facultate. aliter nō erūt manifeste eoꝝ ꝟtutes. Et ob hoc q̄ri solet: vtrū virtus pncipalis cōsistat in electione aut in actione siue opatione: ac si in vtraqꝫ consistat. et manifestū est ꝙ pfectio virtutis in ambabus cōsistit. ad actiones eīn morales exteriores multis opus est, et quāto maiores et meliores sūt actiones: pluribus opus est. speculanti autē nullo taliū ad opatōnes opus est: ꝫ magis ipam speculationē talia īpediūt. hoīa aūt ſm ꝙ hō ⁊ ſm ꝙ pluribus cōuiuit et eligit ſm ꝟtutē opari pdictis bonis exterioribus opus est ad humanitet cōuersandū: igꝛ felicitas cōtēplatiua minus indiget bonis exterioribus ꝙ felicitas actiua siue politica. ¶ Perfecta aūt. Hec est q̄rta particula ca. in q̄ phs ꝓbat dictā ꝯclōnē duabꝰ aliis rōnibus sumptis p respectū ad diuinā felicitatē. Pria rō est. illa felicitas ē pfectior q̄ magis cognata est ⁊ similior diuine felicitati sed felicitas ꝯtemplatiua est magis cognata diuine felicitati ꝙ felicitas actiua siue moralis: igꝛ. Minorē ꝓbat: qꝛ felicitas cōtemplatiua ꝯsistit in speculatiua operatiōe ꝓpter quā deos existimamus maxime beatos ⁊ felices. Felicitas vero politica et moralis ꝯsistit ī opationibus virtutū moraliū quas deo nō attribuimꝰ: igꝛ. Assumptū ꝓbat. p. ⁊ pꝛio vltimā partē: qꝛ iustas opationes diis non attribuimus. aliter appareret ridiculi. i. risu digni cōmutantes ⁊ depositiones dantes et quecūqꝫ ad iusticiā ptinent operātes. nec dicimus eos fortes terribilia sustinentes et pericula subeuntes neqꝫ liberales. nam absurdū est dicere ꝙ sit eis numisma vel aliqđ tale. neqꝫ tēperatos: qꝛ cū prauas cōcupiscētias nō habeant nulla deberetꝰ eis laus. et sic de aliis actionibus moralibus. igitꝰ. Primā partē ꝓbat phs: qꝛ oēs existimant deos viuere et opari: cū nō sit dicēdū eos dormire. sicut eudymiona q̄ a poetis fingitur dilectus a luna ⁊ in mōte licie sopitus vt liberius dormientis carperet oscula. sed viuenti intellectiuo cui nō attribuitꝰ actio. i. opatio ꝟtutis nec factio. i. opatio artis attribuenda est speculatiua opatio. sed talis opatio est felicitas ꝯtēplatiua. ꝫ opationē in q̄ ꝯsistit felicitas ꝯtēplatiua deo attribuimus. ¶ Signū aūt. Scđa rō. illa felicitas quam attribuimus diis ⁊ hoībus p similitudinē quādā cū diis et nullis aliis aīalibus est pfectissima felicitas. ꝫ felicitas ꝯtēplatiua est hmōi. igitꝰ. Minorē ꝓbat: qꝛ ꝯtemplatiua felicitas cōsistit in speculatione q̄ inestꝰ diis ⁊ hoībꝰ et nulli alioꝝ aīaliū: igitꝰ. ¶ Inq̄tum vtiqꝫ. Hic infert phs vnū correlariū: ꝙ illis solū inest pfecta felicitas ad quos se extendit speculatio. et quibus magis inest speculatio: etiā et pfecta felicitas inest. non solum ſm accidens siue p alterum: sed ſm ipam speculationem. Vltimam partem probat: qꝛ speculatio ſm seipam est honorabilis. Ex quo concludit ꝙ perfecta felicitas est speculatio quedam.

Opus autē erit ⁊ exteriori ꝓspe ritate homini enti. non enī p se sufficiens natura ad speculari: sed opꝫ ⁊ corpus sanū eē et cibū et reliquū famulatū existere. ¶ Nō tñ existimandū multis ⁊ magnis indigere futurū felicē: si nō cōtingit sine exterioribus bonis beatum esse. non enī in supabūdantia p se sufficiens: neqꝫ iudicium neqꝫ actio. possibile autem et non principes terre ⁊ maris agere bona. etenim a moderatis poterit vtiqꝫ aliquis agere ſm virtutem. hoc autem est videre manifeste. Idiote enim potentibus nō minus vidētur studiosa agere: sed et magis. sufficiens autē tanta existere: erit enim vita felix ſm virtutem operantis. ¶ Et solon autem felices forte enūciauit bene dicens moderate iis q̄ extra ditatos: agentes autē optima existimabat et viuētes tēperate. contingit enī moderata possidētes agere q̄ opꝫ. Videtꝰ autē et anaxagoras nō diuitē neqꝫ potētē existimare felicē: dicēs quoniā non vtiqꝫ admirabitꝰ: siquidē incōueniēs appareat multis: isti enī iudicāt iis q̄ extra: hec sentiētes solū. ¶ Cōsonare itaqꝫ rōnibus videntꝰ sapientuꝫ opiniones. fidem quidē igitꝰ opiniones et talia hñt quandā. ¶ Verū autē in operabilibus ex operibus et vita iudicatꝰ. in his enim dominās. intēdere aūt pdicta opꝫ ad opa ⁊ vitam inferentes. ⁊ ꝯsonantibus quidē operibus acceptādū: dissonātibus aūt sermones suspicandū. ¶ Scđm intellectū aūt operās ⁊ hūc curās ⁊ dispositus optime ⁊ dei ama-

Margin notes: …uitur ob …io; …tia pclo.; …ntis.; Correlariū.; Prima ꝯclusio; Secunda.; Correlarium.; Documentū.; Tertia ꝯclusio

tissimus videtur eē. Si eni quedā cura humanoꝝ a diis sit queadmodū videt: et erit vtiqꝫ bene rōnabile gaudere ipsos optimo et cognatissimo. hoc autē vtiqꝫ erit itellect⁹ et diligentes maxime hoc et honorantes beneficiare: vt de amicis ipsis curantibus ⁊ recte et bene operantes.

Correlaria. ¶ Quoniam autem hec oīa sapienti inexistunt: nō imanifestum deo: amātissimus ergo. ¶ Eundē aūt verisimile et felicissimū. quare et vtiqꝫ sic erit sapiens maxime felix.

Istud est quartū capl'm huius scdi tractat⁹ i quo phs ondit quō se hꝫ pfecta felicitas ad bona exteriora. Et diuidit in duas ptes. In prima facit qđ iam dictū est. In scda ostēdit qualiter se hꝫ in ordine ad deū. Et ponit duas ɔclones.

Prima ɔclo elucidata. ¶ Prima est. Felicitas cōtēplatiua indiget bonis exterioribus. Probat phs: q2 homo fm naturā suā nō est p se sufficiens ad speculandū sicut substantie separate: sed indiget corpore sano ⁊ cibo et aliis necessariis ad vitam: igit.

Secunda. ¶ Nō tn. Scda ɔclo q̄ est declaratiua precedentis. Quis pfecta felicitas indigeat bonis exterioribus: nō tn indiget multis et magnis. Probat phs rōne ⁊ auctoritate. et pbatio ɔcludit directe de felicitate politica ⁊ morali ⁊ indirecte p locū a maiori ad minus de felicitate cōtēplatiua. Rōne pbat sic. si felici opus esset supabūdantia bonoꝝ exterioꝝ: aut hoc eēt ppt sufficientiā: aut ppter iudiciū rectū de agibilibus: aut ppter actionem. sed nullū est dicendū: igit. Minorē probat: q2 mediocres et q̄ nō sunt principes terre et maris put agere bona: q2 ex moderatis et mediocribus facultatibus pōt quis agere fm virtutem. vt patꝫ de simplicibus et priuatis qui nō minus vident agere opa studiosa q̄ hi q̄ sunt in potestatibus constituti: imo magis cum sufficiat tanta bona .i. mediocria existere ad agendum fm virtutē. sed illius vita est felix q̄ opat fm virtutem: igit ad felicitatē nō requirit supabūdantia bonorū exterioꝝ ppter sufficientiā, rectitudinem iudicii vel opationē. ¶ Et solon. Hic idē pbat phs auctoritatib⁹. Et prio auctoritate solonis: qui dicebat illos felices eē qui moderate exteriorib⁹ bonis ditati sunt. q2 tales existimabat viuere tēperate et modeste et agere optia. contingit eni moderata possidentes agere q̄ opꝫ. Scdo idē pbat auctoritate anaxagore q̄ existimabat neqꝫ diuitē neqꝫ potentem felicē eē dicēs: q̄ nō admirabat si illud appareat multis inconueniens: q2 multi iudicant solum de bonis exterioribus ea solū cognoscētes. ideo putant

Correlarium. felicitatē in ipis cōsistere. ¶ Cōsonare itaqꝫ. Hic infert phs vnū correlariū: q̄ opiniones sapientū fidem quandam hnt circa predicta. Probat: q2 concordant ratiōi-

Documentū. bus prius positis: igit. ¶ Uerū autē. Hic dat phs vnū documentū: q̄ ɔsiderande sunt opiniones sapientū circa predicta et ad opa ⁊ vitā eoꝝ referende. ⁊ si verba cōsonent operibus: acceptanda sunt. si vero dissonēt: verba putanda sunt. Nam veritas in opabilibus ex operi-

Tertia conclo bus et vita iudicat. ¶ Scdm intellectū. Hec est secunda pars capituli in qua ondit, p. quō felix se hꝫ ad deū. Et ponit talē ɔclonē. Felix est deo amantissimus. probat: q2 quicunqꝫ est fm intellectū operans et de intellectu curā habēs et optime dispositus: ille est deo amantissimus. sed felix est hmōi: igit. Maiorē pbat: q2 diis est cura reꝝ hūanaꝝ. q̄ dii gaudēt optio iter hūana ⁊ cognatissimo siue simillimo sibi. sed i hoīe simillimū diis est intellectus. q̄ dii diligunt eos et ipis bñficia impendūt q̄ maxime diligūt et honorāt intellectū ⁊ recte ⁊ bñ operant: igr. ¶ Qm autē. Hic īfert phs duo correlaria. Correlaria Primū est. sapiens est deo amantissimus. pbat: q2 sapienti inexistunt oīa predicta: igr. ¶ Eūdē aūt. Secundū correlariū. sapiens est maxime felix. pbat: q2 ē amātissimus deo: igitur.

Questio. Trū igit si ⁊ de his et virtutibus adhuc autem de amicitia et delectatione sufficienter dictū est in typis finē hre existimandū electionē. ¶ Uel quēadmodum dr nō est in opabili-

Prima conclusio responsiua bus finis speculari singula et cognoscere: sꝫ magis opari. nichil eni vtiqꝫ de virtute sufficiens scire: sed hēre et vti tentandū: vl' si aliqualiter aliter boni efficiamur. Si quidē igitur eēnt sermones p se sufficientes ad facere studiosos: multas vtiqꝫ mercedes ⁊ magnas iuste ferrēt fm theognim et oportebat vtiqꝫ has tribuere. ¶ Nūc autē videntur prouocare quidem ⁊ mouere iuuenū liberales posse sermones et morē nobilem ⁊ vt vere amātem bonū. facere vtiqꝫ cathacothymū ex virtute. multos autē non posse ad bonitatē prouocare. non enim nati sunt verecūdie obedire sed timori. neqꝫ recedere a prauis ppter turpe sꝫ ppter penas. passione eni viuētes: pprias delectationes psequūtur et p quas ipe erunt. fugiunt aūt oppositas tristicias. boni autē ⁊ vt vere delectabilis: neqꝫ intellectū hnt nō gustatiui existētes. tales autē qs vtiqꝫ sermo transformaret: non ei possibile vel nō facile q̄ ex antiquo cōsuetudinib⁹ cōprehensa sermone transmutare. ¶ Amabile aūt forte est si oīb⁹ existentibus p q̄ epiekes videmur fieri: accipiamus virtutē. Fieri autem bonos existimant: hi qdez natura: hi au-

Secunda tem ɔsuetudine: hi autē doctrina. ¶ Quod qdē igit natura manifestū q̄ nō in nobis existit: sꝫ p aliquā diuinā cām: vt vere bñ fortu-

Tertia natus existit. ¶ Sermo autem et doctrina ne quādo non in omnibus potest: sed opus ē preparatam eē cōsuetudinib⁹ auditoris animā ad bene gaudere et odire: queadmoduꝫ terram nutrientem semen. non eni vtiqꝫ audiet sermonem cōmouentem neqꝫ intelliget qui fm passionem viuit. sic autem habentem qualiter possibile persuaderi: taliter aūt nō videt sermoni cadere passio sed violentie. opꝫ itaqꝫ morē preexistere aliqualiter propriū virtutis diligentē bonū et aspernantē

(Quarta.) turpe. ¶ Ex iuuene aũt ductiõe recta sortiri ad virtutem difficile nõ a talib⁹ nutritũ legibus. temperate enĩ viuere et perseueranter non delectabile multis: aliterꝙ iuuenibus. propter qḋ legibus opʒ ordinatã esse nutritionem ⁊ adinuẽtionea. nõ erunt eniʒ tristia consueta facta. ¶ Nõ sufficiens aũt forte iuuenes existẽtes: nutritione ⁊ cura sortiri recta sed qꝛ et virum factũ oportet adinuenire ipsa et assuefieri. ⁊ circa hec indigebim⁹ legibus: ⁊ totaliter vtiꝙ circa omnẽ vitã. multi enĩ necessitati magis ꝙ̃ sermoni obediunt ⁊ iacture ꝙ̃ bono. ¶ Propter quod existimãt quidã legispositores oportere quidẽ aduocare ad virtutẽ: ⁊ ꝓuocare boni grã vt obedientibus iĩs qui epiekes consuetudinibus precedentib⁹. inobediẽtibus aũt ⁊ degeneriorib⁹ existẽtibus: ⁊ penas ⁊ punitiones apponere. insanabilea aũt totaliter exterminare. epiekea quidẽ enĩ ⁊ ad bonũ viuẽtem sermoni obedire. prauũ aũt delectationẽ appetentẽ tristicia puniri: quẽadmodũ subiugale. propter quod et aiunt oportere tales fieri tristicias: q̃ maxime ꝯtrariãtur amatis delectationibus. ¶ Si igiť (quẽadmodũ dictum est) futuruʒ bonũ nutriri oportet bene et assuefieri. deinde sic ⁊ in adinuentionib⁹ studiosis viuere: ⁊ neꝙ volentẽ neꝙ nolentem agere praua: hec aũt vtiꝙ fient viuentibus ẜm quendã intellectuʒ ⁊ ordinem rectũ habentem fortitudinem. ¶ Paterna quidẽ igiť preceptio non habet forte neꝙ coactuʒ neꝙ vtiꝙ totaliter que vnius viri nõ regis existentis vel alicuius talia. lex autem coactiuam habet potentiã sermo ens ab aliqua prudentia et intellectu. ¶ Et hominum quidam odiunt contrariantea motibus ⁊ si recte hoc ipsum operentur. lex autem non est onerosa precipiens epiekes.

(Infert quartam cõclusio nẽ ꝓbandaʒ)

Iste est tertius tractat⁹ huius libri in quo. p. determinat de legispositione. Et cõtinet tria capitula q̃ patebũt in ꝓcessu. In primo capitulo ostẽdit ꝙ ad faciendũ hoĩes bonos necessaria est legispositio. Et ponit q̃ttuor cõclusiones. prius tamẽ mouet talẽ questionẽ. Utrũ si de felicitate ⁊ de virtutibus et de amicitia ⁊ delectatione figuraliter sufficiẽter dictũ sit: existimãdũ sit finẽ moralis negocij haberi? (…estio.) ¶ Uel quẽadmodũ. Hic soluit phũs predictã q̃stionẽ ponẽdo talẽ conclusionẽ. Nulla doctrina vel sciẽtia moralis est sufficiẽs ad finẽ moralis negocij consequendũ. (Prima cõclũo responsiua.) Probat phũs duab⁹ rõnibus. Prima est. qꝛ finis moralis negocij nõ est speculari et cognoscere q̃ dicta sunt: sed est ẜm ipsa operari. sed nulla sciã moralis sufficit ad operandũ studiose ⁊ feliciter. ergo p̃ter doctrinã moralẽ tentandũ est habere virtutes et eis vti ad finẽ moralis negocij cõsequendũ. Minorẽ ꝓbat. p. duabus rõnibus. Prima est. qꝛ si sermones siue rõnes moralis doctrine essent per se sufficiẽtes ad hoĩes bonos faciendos: tunc scriptores moraliũ (vt dicebat theognis) multas ⁊ magnas mercedes reportarẽt quas oporteret eis tribuere igiť. ¶ Nunc aũt. Scḋa ratio. licet sermones morales ꝓuocare possint ad bñ agẽdũ ⁊ excitare iuuenes liberales siue ingenuos hñtes generosos mores: vere honestatis amatores ⁊ oĩ virtute plenos: nõ pñt tñ multos ꝓuocare nec inducere ad bñ agẽdũ: igiť. Scḋam partẽ añtis ꝓbat quadruplr̃. Primo: qꝛ multi sunt q̃ nõ sunt nati obedire verecũdie ſʒ timori: neꝙ recedere a malis ꝓpter turpitudinẽ sed ꝓpter penas quas timent: igiť. Scḋo: qꝛ q̃ viuũt ẜm passiões ꝓsequũtur ꝓprias delectatiões ⁊ ea per q̃ fiũt et fugiũt oppositas tristicias. ergo tales nõ possunt sermõib⁹ ꝑsuasiuis ad bonũ induci. Tertio: qꝛ multi sunt q̃ non hñt intellectum honestatis neꝙ vere delectationis qꝛ nunꝙ̃ eã gustauerũt. ergo tales nullo sermõe vel doctrina pñt ad bñ agendũ induci. Quarto: qꝛ non possibile vel nõ facile est q̃ ab antiquo ꝯsuetudinib⁹ cõprehẽsa sunt: sermone trãsmutare. ſʒ multi sunt praue habituati: igiť multi sunt q̃ nõ possunt facile sermone vel doctrina induci. ¶ Amabile aũt. Secũda ratio principalis. Amabile nobis est ad finẽ moralis negocij cõsequendũ oĩbus nobis inexistẽtib⁹ per q̃ boni fieri videmur virtutẽ suscipere ⁊ ẜm eã operari. sed moralis doctrina est de his per q̃ boni fieri videmur ergo preter doctrinã moralẽ ad finẽ moralis negocij cõsequendũ opʒ virtutẽ suscipere ⁊ ẜm eã operari. Minorem ꝓbat qꝛ moraliũ philosophoꝝ aliq̃ existimant nos fieri bonos natura. aliĩ existimãt nos fieri bonos cõsuetudine. aliĩ vero doctrina. igiť doctrina moralis est de his per q̃ boni fieri videmur. ¶ Quod qḋẽ. Scḋa conclusio. qḋ inest nobis a natura non facit nos bonos aut fideles. (Secunda ꝯclo.) Probat: qꝛ qḋ inest nobis a natura nõ est in nostra ptãte. ergo nullũ tale reddit nos bonos aut fideles Añs ꝓbat. qꝛ qḋ inest hoĩbus a natura inest eis a causa diuina: vt bñfortunatis ꝯtingit: igiť. ¶ Sermo autẽ. Tertia ꝯclo. ad bene operandũ preter doctrinã ⁊ sermones morales exigiť mos honestus ⁊ laudabilis cõsuetudo. (Tertia.) Probat. p. quadruplr̃. Primo: qꝛ sermo vel doctrina moralis nõ hʒ vim faciẽdi nos bonos: nisi mẽs auditoris p̃parata sit laudabilib⁹ cõsuetudinib⁹ quib⁹ quis assuetus sit recte gaudere ⁊ recte odire. ergo p̃ter sermonẽ ⁊ doctrinã moralẽ requiriť mos laudabilis virtuti ꝓprius quo q̃s amet honesta ⁊ aspernať inhonesta. Scḋo probat a simili. qꝛ terrã nutriturã semen oportet esse certis dispõnibus p̃paratã. ergo etiã mentẽ ad bñ ⁊ studiose operandũ opʒ esse certis cõsuetudinib⁹ dispositam. Tertio: qꝛ qui ẜm passiões viuit ⁊ nõ est informatus bonis ꝯsuetudinib⁹ neꝙ audiet sermones cõmouẽtes neꝙ auditos intelliget: igiť. Quarto: qꝛ q̃ ẜʒ passiones viuit nõ assentit sermonib⁹ sed tñ violẽtie ⁊ pene sibi inflicte. igiť tali nõ sufficiũt sermones sed p̃ter sermones exigiť cõsuetudo honesta ⁊ laudabilis ad bñ ⁊ studiose operandũ. ¶ Ex iuuene. Quarta cõclusio. ad hoĩes bonos faciendos necessaria est legispositio siue ordinatio recta viui hñs p̃cepti. (Quarta.) Probat. p. duab⁹ rationibus. Et prima rõne primo ꝓbat de iuuenib⁹. scḋo de viris ⁊ adultis. De iuuenibus sic ꝓbat. qꝛ difficile est ꝙ quis ex iuuẽtute recta ductione instituať ad virtutẽ: nisi sic sub legib⁹ nutritus. igiť legispositio est necessaria ad iuuenes bonos faciẽdos. Añs ꝓbat. qꝛ tẽperate et modeste viuere nõ est multis delectabile sed triste. ⁊ presertim iuuenib⁹. sed talia nõ erunt tristia si fuerint consueta: igitur. ¶ Non sufficiẽs. Hic idẽ ꝓbat. p. de viris

et adultis. qꝛ nõ solũ reqͥritur ꝙ iuuenes bñ nutriantur ſm leges ⁊ bona cura de ipſis habeatur: ſed etiaꝫ poſtq̃ quis factꝰ eſt vir opꝫ ꝙ adinueniat bona opera ⁊ in talibus aſſueſcat. ſed ad hec indigenꝰ legibꝰ: etiã ꝑ totã vitã: igiꝉ. Minorẽ ꝓbat. qꝛ multi ſunt q̃ magis obediũt neceſſitati ꝙ ratiõi: ⁊ pene ꝙ honeſtati. ¶ Propter qd. Scđa ratio. quidã legiſpoſitores exiſtimãt oportere homines vocare ad virtutẽ. primo grã honeſtatis: vt q̃ boni ſunt obediãt precedẽtibꝰ cõſuetudinibꝰ. deinde q̃ inobediẽtes ⁊ degeneriores ſunt eos penis afficere. ⁊ ſi inſanabiles fuerint: eos oĩno exterminare. Nã probũ virũ et honeſte viuentẽ decet rõni obedire. prauũ aũt ⁊ delectationẽ appetentẽ: queadmodũ ſubiugale triſticia puniri. ꝓpter qđ ipſi legiſlatores dicũt penas prauoꝝ maxime debere eſſe cõtrarias voluptatibꝰ amatis: igitur.

Infertur ꝯclusio ꝓbanda ¶ Si igitur. Hic infert phꝰs ꝑdictã cõcluſionẽ. ſ. ꝙ lex ſiue ordinatio recta habẽs vim precepti coerciuã eſt neceſſaria ad bonos faciẽdos. Probat iterũ duabꝰ rationibꝰ. Et ꝓ prima rõne reſumit quedã priꝰ dicta. qꝛ queadmodũ dictũ eſt opꝫ iuuenẽ futurũ bonũ nutriri bõis moribꝰ ⁊ aſſuefieri. Deinde oportet eundẽ laudabilibꝰ exercitijs viuere ⁊ nec ſpõte nec inuite praua agere. ſed hec fient: ſi viuatur ſm intellectũ practicũ ⁊ ordinationẽ rectã habentẽ fortitudinẽ ⁊ potentiã coerciuã: igitur.

Soluitur obiectio. ¶ Paterna quidẽ. Hic remouet phꝰs vnã obiectionẽ. diceret eñ aliquis: ꝙ ad predicta ſufficit preceptio paterna. igitur nõ exigitur alia lex. Reſpõdet phꝰs negãdo añs. qꝛ preceptio paterna non habet fortitudinẽ nec vim coactiuã. nec oĩno ꝑceptio vnius viri nõ regis ſiue pꝛĩcipis. lex aũt habet vim coactiuã: cũ eſt ſermo ab aliqua prudẽtia ⁊ intellectu procedens. ¶ Et hominum. Scđa ratio. quidã hoĩes odio hñt cõtrariãtes motibus ſuis ⁊ appetitibꝰ: etiã ſi recte eos reprehẽdant: quibus lex oneroſa nõ eſt. cũ precipiat iuſtũ. igitur lex eſt neceſſaria ad hoĩes bonos faciendos.

Prima conclusio In ſola aũt lacedemonioꝝ ciuitate cum paucis legiſpoſitor curã videꝉ feciſſe ⁊ nutritionis ⁊ adinuẽtionũ. in pluribꝰ aũt ciuitatibꝰ neglectũ eſt de talibus et viuit vnuſquiſq꜄ vt vult Ciclopice diſponens de pueris ⁊ vxoribꝰ. Optimum quidẽ igiꝉ fieri cõem curã ⁊ rectã ⁊ operari ipſum poſſe. Cõmuniter aũt negligentibꝰ: vnicuiq꜄ videbitur vtiq꜄ cõuenire ſuis filijs ⁊ amicis ad virtutẽ conferre vel eligere quidem.

